

Toletus<sup>1</sup>, nempe non esse differendam absolutionem poenitenti qui relapsus est ex *intrinseca* fragilitate; quia in tali poenitentia magis sperandum profuturam fore gratiam sacramenti quam dilationem absolutionis.

Objectio.

464. - Sed dices: Cur differenda est absolutio poenitenti qui est in occasione extrinseca, et non illi qui relapsus est ex prava consuetudine, cum eodem modo impellat ad peccandum occasio extrinseca ac prava consuetudo?

Objectioni  
satisfit.

Respondet: Alio quidem longe diverso modo ad peccatum impellit occasio extrinseca quam pravus habitus. — *Occasio* enim per objecti praesentiam, quae vividas excitat cogitationes, vehementer movet sensus pronus ad peccandum, affectumque ad peccatum reddit intensorem. Et ideo poenitens maximam sibi vim inferre debet, non solum ad superandam tentationem; sed etiam ad conandum ut periculum, per fugam familiaritatis cum persona complicis, ex proximo fiat remotum. — *Prava autem consuetudo*, cum non habeat objectum extrinsecum praesens, non ita utique sicut occasio ad peccandum impellit; unde fit ut poenitens minorem vim sibi inferre debeat ad abstinentiam a peccato. Praeterea, cum pravus habitus sit quid intrinsecum et inseparabile a persona, extirpatio habitus minus quam remotio occasionis pendet a propria voluntate; et ideo magis sperandum quod Deus bonam voluntatem per majora auxilia adjuvabit ad perseverandum.

His positis, imprudenter agit confessarius, si absolvit eum qui est in occasione extrinseca, saltem antequam experiatur quod ille per fugam reddat periculum remotum. Nam alias eum relinquit in probabili periculo infringendi propositum; eo quod talis poenitens post obtentam absolutionem facile negliget fugam necessario adhibendam, et sic sine dubio relabetur.

<sup>1</sup> Lib. 5, cap. 13, n. 6. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 1768.

— <sup>2</sup> Suppl., qu. 25, art. 1, ad 4. — <sup>3</sup> Tr. 6, cap. 5, n. 68,

E converso, prudenter absolvitur recidivus ex causa intrinseca, si vere est dispositus per signum extraordinarium doloris. Quia periculum in eo infringendi propositum est magis remotum: cum ex una parte, non adsit causa extrinseca ad peccatum impellens; et ex alia, majora Deus praebet auxilia poenitenti ad extirpandum pravum habitum, qui ipsi nolenti ac detestanti inest. Hinc magis sperandum, quod ille emendabitur per auxilium gratiae in sacramento susceptae, quam per dilationem absolutionis. — *Saepe juvat*, ait doctus Pater Lacroix, qui egregie tractat de hoc sacramento Poenitentiae, (*relapsis*) *absolutio... tum ob auxilia gratiae quae confert sacramentum, et quibus potest melius muniri absolutus; tum quia pia exercitia ab efficacitate sacramenti habebunt majorem vim, eruntque Deo gratiore et efficaciora, utpote facta ab amico Dei, et ex Christi institutione inerit eis major vis satisfactoria; tum etiam quia spes est usurum ferventius mediis praescriptis: nam dilatio multos offendit, qui non redeunt, sed redundunt obdurati.* Idque expresse approbatur a D. Thoma<sup>2</sup>, ubi inquit: *Dicendum quod majus remedium praebetur contra peccata vitanda ex gratia, quam ex assuetudine nostrorum operum.* Hinc recte dicunt Salmant.<sup>3</sup>: *Cur de peccatore... non habente gratiam... ante... absolutionem, quam de... constituto in amicitia Dei per absolutionem... melius sperandum est?* — Et praesertim quoad peccatum pollutionis, Toletus<sup>4</sup> sic inquit: *Vix puto esse aliud efficax remedium, nisi frequentissimam confessionem cum uno eodemque confessario.... est enim hoc sacramentum maximum fraenum; et n<sup>o</sup>) qui hoc non utitur, non sibi promittat emendationem, nisi per miraculum.* Hocque remedio frequentis confessionis pro recidentibus in tale vitium legimus D. Philippum Neriū maxime usum fuisse. — Et huic doctrinae

i. f. — <sup>4</sup> Lib. 5, cap. 13, num. 6. — *S. Philipp. Neriū*, cfr. Bacci, *Vita di S. Filippo*, lib. 2, cap. 6, n. 2.

cordat; sed n. 332, limitat: Nisi post plures confessiones nulla foret emendatio; quo casu requirit signa specialia, qualia nunquam ante poenitens exhibuerit.

<sup>n<sup>o</sup></sup> Verba: *Et qui hoc non utitur non sibi promittat emendationem, nisi per miraculum*, tribuuntur Toleto a Sporer, sed non sunt illius auctoris.

alludit id quod habetur in Rituale Romano<sup>1</sup>, ubi: *In peccata facile recidentibus utilissimum fuerit consulere, ut saepe... confiteantur, et si expediat, communicent.* Ergo Rituale, dum dicit remedium frequentis confessionis utilissimum esse facile recidentibus in peccata, supponit pravum habitum ab eis non adhuc esse avulsum; sed, hoc non obstante, docet gratiam sacramenti multum conferre ad emendationem.

Quidam rigiditatibus addicti, qui per unicum rigoris tramitem animas conductunt, nimis generaliter loquentes, asserunt omnes recidivos perversiores fieri, cum absolvuntur antequam emendentur. Sed hos magistros meos rogarem: numquid recidivi, cum sine absolutione dimittuntur, gratia sacramenti carentes, omnes validiores fiunt et emendantur? Quot miseris ipse cognovi, qui ob denegatam absolutionem se dejecerunt in desperationem, et per plures annos a sacramentis aversi aberrarunt? — Caeterum unusquisque in hoc punto impertienda vel differenda absolutionis dirigere se debet juxta lumen a Deo sibi donatum. Hoc certum est, quod in hac materia tam errant qui aequo sunt faciliores, quam qui aequo rigidiiores sunt

Vitandus  
nimis ri-  
gor, vitan-  
da nimia  
benignitas.

in absolvendo. Utrumque extremum perniciosum: multi enim confessarii, ob nimiam facilitatem absolvendi, in causa sunt ut plures animae in perditionem abeant; sed alii, ob nimiam rigiditatem, non minoris sunt detimenti. Unde haud scio utrum confessario minori scrupulo debeat esse indispositos absolvere, quam dispositos dimittere.

Tandem, ut meae conscientiae dictamen exponam, sic concludo: Ali quando poterit alicui recidivo prodesse dilatio absolutionis. Semper quidem proderit deterrire hujusmodi relapsos ex *intrinseca* fragilitate, negationem absolutionis minando. Ordinarie vero loquendo, magis proderit eis absolutionem impertiri, cum dispositi accedunt per signum extraordinarium doloris. Utinam dico, et omnes confessarii absolverent recidivos tum solum, cum signa extraordinaria illi afferunt! Sed, quod dolendum est, maxima pars confessariorum undique, nullo prorsus signo extraordinario exhibito, indiscriminatim, sine ulla admonitione nulloque praestito remedio, hujusmodi relapsis semper absolutionem impertuntur: et hoc est unde ruina tot animarum emanat.

## DUBIUM III.

Qualis Confessio requiratur.

## ARTICULUS I.

AN DEBEAT ESSE INTEGRA MATERIALITER.

465. *Quae sit integritas materialis.* — 466. *Quantum extendatur numerus, dicendo plus minus. Et quomodo exquirendus numerus in consuetudinario.* — 467. *An sint necessario explicandae circumstantiae aggravantes.* — 468. *Qu. 1. Quot sententiae sint in hac quaestione. An in furto explicanda sit quantitas (Vide hic in fine).* — 469. *Qu. 2. Dub. 1. An incestus cum consanguineis differat specie ab incestu cum affinis.* — 470. *Dub. 2. An in peccato incestus cum consanguineis explicandi sint gradus consanguinitatis.* — 471. *Plura notanda circa examen conscientiae et integratatem confessionis.* — 472. *An peccata mortalia dubia necessario sint confitenda.* — 473. *Dub. 1. An teneamur confiteri mortalia positive dubia.* — 474. *Dub. 2. An, mortalia negative dubia.* — 475. *Quid, si quis velit Eucharistiam recipere.* — 476. *Quid, si quis sit scrupulosus vel timoratae conscientiae.* — 477. *Dub. 3. An teneatur quis confiteri aliquid mortale in dubio an illud sit confessus.* — 478. *Dub. 4. An qui confessus est mortale uti dubium, teneatur repetere quando certum agnoscat.* Quid, si poenitens post confessionem sciat materiam sui peccati fuisse gravem, sed ipse nullo modo id noverit tempore quo peccatum commisit.

465. — « Resp. Ad confessionem, per se et ordinarie, requiritur integritas materialis, sita in eo ut, postquam diligenter te excusseris et conscientiae tuae

« sinus et latebras (ita loquitur Tridentinus) exploraveris, confitearis omnia mortalia memoriae occurrentia nondum confessa, eorumque numerum et circum-

<sup>1</sup> Ordo administr. Poenit., n. 19, v. *Quare curet.* — <sup>2</sup> Sess. 14, de Poenit., cap. 5.

« stantias quae speciem mutant. — Patet ex Tridentino<sup>1</sup>, et est certum. Ratio, quia alias nec judicium sacramentale recte administrari, nec aequitas in poenis statuendis servari potest.

« Dicitur 1<sup>o</sup>. *Per se et ordinarie*: quia per accidens et extraordinarie sufficit integritas formalis. Vide Dub. seq.

466. — « Dicitur 2<sup>o</sup>. *Numerum*, intellige certum: qui si non constet, dic probabilem, addendo plus minus. Quod si deinde de deprehendas te errasse, non teneris iterum confiteri, nisi notabiliter fuerit major. — Fagundez, Sanchez<sup>a</sup>, Hurtadus; contra Reginaldum<sup>b</sup>, Filiuccium et Sa, qui dicunt verba illa plus minus tantum extendi ad unum vel duo supra numerum indicatum».

Lugo<sup>c</sup>, Cabassutius<sup>d</sup>, Tamburinius et Roncaglia dicunt illud plus minus sic sumi: circa ter, intelligi bis vel quater: circa decem, intelligi 8 vel 12: circa triginta, 27 vel 33: circa centum, 95 et 105: circa mille, 950 et 1050<sup>e</sup>.

« Sed quamvis hoc sit verum in numero parvo, denario v. gr.; non tamen in aliis, v. gr. centenario, millenario, etc., quia verba illa non habent sensum absolutum, sed respectivum ad numerum cui adduntur. Qui quanto fuerit major, tanto etiam major verbis illis intelligitur, dummodo tamen sit parvus respectu alterius cui adjungitur: quod prudentis arbitrio aestimandum est. Ita Diana<sup>f</sup>, ex Navarro<sup>g</sup>, etc.; item card. de Lugo<sup>h</sup>.

<sup>1</sup> Sess. 14, de Poenit., cap. 5. — *Fagundez*, de 2. praec. Eccl., lib. 3, cap. 4, n. 9. — *Gasp. Hurt.*, disp. 9, diff. 5. — *Fill.*, tr. 7, cap. 4, n. 82. — *Sa*, v. *Confessio*, n. 32 (in edit. genuina, n. 33). — <sup>a</sup> Disp. 16, n. 96 et 97. — <sup>b</sup> Lib. 3, cap. 10, n. 8. — *Tambur.*, Method. Confess., lib. 2, cap. 1, n. 23. — *Roncaglia*, tr. 19, qu. 3, cap. 2, qu. 4. — <sup>c</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 94. — <sup>d</sup> Disp. 16, n. 94, 96 et 97. — <sup>e</sup> Tr. 7, n. 82. —

466. — <sup>a</sup> Joannes Sanchez, *Select. disp.* 2, n. 13, dicit istud plus minusve extendi usque ad duo vel tria, tantum, quia tunc error non est notabilis.

<sup>b</sup> Reginaldus, lib. 6, n. 126, quidquid dicat Busenbaum, non restringit ad duo vel tria; immo dicit eum qui confessus fuerit se decies peccasse, et postea inveniet fuisse viicies, teneri supplere; secus, si invenierit fuisse duodecies. — Et similiter Filiuccius et Sa minime restringunt ad duo, quamvis exemplum afferant hujus numeri.

« — Quod si autem nec probabilis haberi potest, dicenda est consuetudo peccandi, tempus et frequentia in die, septima, mense vel anno. Vide Filiuccium<sup>i</sup>, Diana<sup>j</sup>, Gasp. Hurtadum<sup>k</sup>, card. Lugo<sup>l</sup>.

Bene hic advertit Sporer<sup>10</sup>, confessarium non debere esse nimis anxiū circa exirendum numerum peccatorum in poenitentie consuetudinario, quia saepe est impossibile tamē numerum certum habere: plures enim ad importunitatem confessarii solum divinando respondent centies, millies; sed quis prudens eis fidem praestabit? — Unde melius faciet confessarius, si diligenter statum conscientiae exquirat, et exinde interrogando poenitentem de lapsibus plus minusve in die, vel hebdomada, vel mense, saltem in confuso numerum peccatorum apprehendat durante consuetudine commissorum; quin certum judicium faciat cum periculo errandi.

467. — « Dicitur 3<sup>o</sup>. *Quae speciem mutant*. Quia, etsi probabile sit quod docent Suarez, Coninck et alii, etiam eas quae notabiliter in eadem specie aggravant (hoc est, quae juxta cujusque conscientiam excedunt ordinarium peccandi modum) esse explicandas, ob rationem allatam in responsione: *contraria* tamen sententia, quam ex D. Thoma, Silvestro, Navarro, docent Vasquez, Reginaldus, Bonacina, Lugo<sup>11</sup>, etiam probabilis est et tuta: — saltem si *excipias* 1<sup>o</sup>. Gradus consanguinitatis in incestu. 2<sup>o</sup>. Quantita-

Quomodo agendum cum consuetudinariis.

Explicanda circumstantiae speciem mutantur.

Quid de circumstantiis aggravantibus.

tem furti, injuria, etc., quae egent satisfactione. 3<sup>o</sup>. Quando uno actu plures sunt occisi vel infamati, vel apud plures. 4<sup>o</sup>. Odium diuturnum; quia tunc solent plures actus fieri. Vide Reginaldum<sup>1</sup>. [Odium diuturnum, sicut etiam concupiscentia carnalis in mulierem, necessario sunt exprimenda in confessione, non tam ratione circumstantiae aggravantis, quam propter numerum peccatorum quae in illa diurna mora replicantur; ut dicunt Salmant.<sup>2</sup> et alii communissime: vide dicta Lib. V, de Peccat., num. 37, ad 1]. « 5<sup>o</sup>. Peccatum inter confessarium et poenitentem. Vide Filiuccium<sup>3</sup>. 6<sup>o</sup>. Si circumstantia inveniat censuram vel reservacionem; vel ad necessariam poenitentis directionem a confessario prudenter in terroget ».

468. — Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An circumstantiae peccatorum mortalium notabiliter aggravantes sint necessario confitenda?* — Ad sunt tres sententiae, omnes valde probabiles.

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Suarez<sup>4</sup>, Sotus<sup>5</sup>, Sanchez<sup>6</sup>, Gonet<sup>7</sup>, Juenin<sup>8</sup>, Genettus<sup>9</sup>, Concina<sup>10</sup>, Croix<sup>a</sup>, Antoine<sup>11</sup>, Wigandt<sup>12</sup>. Item Estius, Canus, Henriquez, Fagundez, apud Salmant.<sup>13</sup>; et Alensis, Silvius, Cajetanus, Major, Coninck et alii, apud Diana<sup>14</sup>. — Probatur 1<sup>o</sup>. ex Rituali Romano<sup>15</sup>, ubi dicitur: *Si poenitentes numerum, et species, et circumstan-*

<sup>1</sup> Lib. 6, n. 137. — <sup>2</sup> Tr. 6, cap. 8, n. 14. — <sup>3</sup> Tr. 10, part. 2, cap. 5, num. 187, v. *Si vero extra*. — <sup>4</sup> Disp. 22, sect. 3, n. 5. — <sup>5</sup> In 4, dist. 18, qu. 2, art. 4, concl. 6 et 7. — <sup>6</sup> Decal., lib. 4, cap. 11, n. 24; cfr. lib. 2, cap. 82, n. 39. — <sup>7</sup> Man., tr. 5, cap. 5, § 4, v. *Haec duo sunt*. — <sup>8</sup> Instit., de Poenit., qu. 4, cap. 4, art. 2, § 2. — <sup>9</sup> De Poenit., cap. 6, qu. 8. — <sup>10</sup> Lib. 1, diss. 4, cap. 6. — <sup>11</sup> Cap. 1, art. 2, qu. 3, resp. 3. — <sup>12</sup> Tr. 3, n. 26, resp. 2. — <sup>13</sup> Estius, in 4, dist. 17, qu. 9. — <sup>14</sup> Canus, Select. de Poenit., part. 6, v. *At contra viri et seqq.* — <sup>15</sup> Henriq., lib. 5, cap. 7, num. 4. — <sup>16</sup> Fagund., de

tias... explicatu necessarias non expresserit, eum sacerdos... interroget. Ergo non solum sunt explicande circumstantiae speciem mutantates, sed etiam notabiliter aggravantes; hoc enim significant verba illa *species et circumstantias*. Id confirmatur ex Catechismo Romano<sup>16</sup>, ubi dicitur circa mortalia explicandas esse circumstantias *quae pravitatem valde augent vel minuunt*. Probatur 2<sup>o</sup>. ratione: quia eadem ratio, quae suadet circumstantias speciem mutantates esse confitendas, urget etiam pro circumstantiis notabiliter aggravantibus; cum ultraeque judicium confessarii notabiliter mutant. — Nec officit quod Tridentinum<sup>17</sup> tantum primas docuerit confitendas. Nam respondet Pater Suarez quod concilium tantum voluit definire id quod certum erat; hanc vero quaestionem in opinione theologorum indecisam reliquit.

Secunda sententia, quam tenet Sporer<sup>18</sup>, citans pro se Laymann et Suarez<sup>b</sup>, adhaeretque Busenbaum, dicit necessario esse confitendam circumstantiam *quid*, quae scilicet attingit integratatem substantiam peccati in individuo, prout est quantitas furti. — Ratio, quia alias confessarius non poterit efformare debitum iudicium de substantia peccati.

Tertia sententia, mihi probabilior, negat esse obligationem confitendi circumstantias aggravantes. Et hanc tenent S. An-

<sup>18</sup> praec. Eccl., lib. 4, cap. 2, a num. 10. — <sup>19</sup> Tr. 6, cap. 8, num. 16. — <sup>20</sup> Alens., part. 4, qu. 18, membr. 4, art. 8, § 2. — <sup>21</sup> Silvius, Suppl., qu. 9, art. 2, qu. 1. v. *Opinio que dicit*. — <sup>22</sup> Cajetan., Sum. v. *Confessio sacramentalis*, condit. 15. — <sup>23</sup> Major, in 4, dist. 17, qu. 4. — <sup>24</sup> Coninck, disp. 7, dub. 3, num. 18. — <sup>25</sup> Part. 1, tr. 7, resol. 1. — <sup>26</sup> Ordin. administr. Sacr. Poenit., v. *Si poenitentes*. — <sup>27</sup> De Sacr. Poenit., n. 47. — <sup>28</sup> Sess. 14, de Poenit., cap. 5. — <sup>29</sup> Suar., loc. cit., n. 7. — <sup>30</sup> Part. 3, cap. 3, num. 410. — <sup>31</sup> Laym., lib. 1, tr. 2, cap. 10, num. 3.

<sup>a</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 89. — <sup>b</sup> Disp. 9, diff. 5. — <sup>c</sup> Disp. 16, n. 574. — <sup>d</sup> Part. 3, cap. 3, n. 451. — <sup>e</sup> Suar., disp. 22, sect. 3, n. 5. — <sup>f</sup> Coninck, disp. 7, dub. 3, n. 18. — <sup>g</sup> D. Thom., in 4, dist. 16, qu. 3, art. 2, solut. 5. — <sup>h</sup> Silvest., v. *Confessio I.*, qu. 8. — <sup>i</sup> Navar., Man., cap. 6, n. 6. — <sup>j</sup> Vasq., qu. 91, art. 1, dub. 2, n. 6. — <sup>k</sup> Regin., lib. 6, n. 135. — <sup>l</sup> Bonac., de Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 2, § 3, diff. 3, n. 5. — <sup>m</sup> Disp. 16, sect. 3.

<sup>a</sup> Non omnes autores hic allegati singula haec exempla proponunt. Praeterea Lugo ait centum plus minusve, comprehendere centum et decem; quod recte in secunda operis editione retulerat S. Doctor. — Cabassutius autem et Roncaglia ajunt triginta comprehendere etiam tringinta quatuor.

<sup>b</sup> Navarrus, in cap. Consideret, de poenit., dist. 5, n. 42, haec scribit: « Non oportet confitentem nimium esse anxiū in exakte confitendo numero; sed sufficit bona fide exprimere certum, si recolit; alioqui, verisimile,

puta viginti plus minus duo, vel centum plus minus decem ». Ex quibus verbis Diana colligit suam generalem regulam.

468. — <sup>a</sup> Croix, lib. 6, part. 2, n. 977<sup>b</sup>, ait utramque sententiam fulciri rationibus gravibus; sed rationes pro affirmativa graviores videri. Et n. 975, jam dixerat: « Utrinque ferme aequae notabiliter » disputari. — Pariter Henriquez et Silvius (edit. Venet. 1726), quamvis sententiam affirmantem probabiliter appellent; at sane probabilem (qui etiam valde probabilem et in quibusdam casibus in proxim reduci posse, ut ait Henriq.) contra-

riam existimant. Silvius tamen in prioribus editionibus, ut est apud me edit. Antverpien. 1622, loc. cit., v. *De circumstantiis*, scribepat: « Verius videtur etiam illas quae notabiliter aggravant esse necessario confitendas ». Neque ullum judicium profert de probabilitate contrarie opinionis. — Praeterea Concina et Antoine dicunt confitendas circumstantias mortaliter aggravantes; quod et Genettus videatur significare per circumstantias notabiliter aggravantes, « quaeque tribuunt illis [peccatis] malitiam quasi alterius speciei ».

<sup>b</sup> Suarez, disp. 22, sect. 3 et sect. 4, non

valde pro notabiliter sola circumstantia quid.

Probabiliter non necessario explicandae.

toninus<sup>1</sup>, S. Bernardinus Senensis<sup>2</sup>, S. Bonaventura<sup>3</sup>, Scotus<sup>4</sup>; Cabassutius<sup>5</sup> (asserens hanc esse graviorem et communiorum) cum Paludano, Navarro<sup>6</sup>, Vasquez, Valentia, etc.; Palaus<sup>6</sup>, Bonacina<sup>7</sup>, Toleto<sup>8</sup>, Holzmann<sup>9</sup>, Salmant.<sup>10</sup>, Roncaglia<sup>11</sup> (qui a prima sententia se revocavit); Lugo<sup>12</sup> cum Scoto, Navarro<sup>13</sup>, Gabriele<sup>14</sup>, Adriano, Reginaldo. Et probabilem putant Suarez<sup>15</sup>, Abelly<sup>16</sup>, et plurimi alii cum Diana<sup>17</sup>.

Probatur 1º. ex D. Thoma<sup>18</sup>, qui sua auctoritate magnum quidem pondus huic sententiae praestitit; oportet autem hic ejus textum integrum transcribere, ut patet S. Doctorem pro hac sententia certe fuisse. Ibi sic docet: *Quidam enim dicunt quod omnes circumstantiae quae aliquam notabilem quantitatem peccato addunt confiteri necessitatis est, si memoriae occurrant. Alii vero dicunt quod non sint de necessitate confitendae nisi circumstantiae quae ad aliud genus peccati trahunt, et hoc probabilis est; sed addendum est, quae ad aliam speciem mortalis trahunt: cuius ratio est, quod venialia non sunt de necessitate confessionis, sed solum mortalia, quae quantitatem infinitam quodammodo habent; et quia circumstantiae aggravantes quae aliam speciem peccato non tribuunt, vel quae tribuunt quidem, sed non mortalis peccati, non sunt de necessitate confessionis: tamen eadem confiteri perfectionis est, sicut et de venalibus dictum est.* — Communiter convenienti auctores

<sup>1</sup> Part. 3, tit. 14, cap. 19, § 7. — <sup>2</sup> Tom. 3, tract. Confessionis. — <sup>3</sup> In 4, dist. 17, part. 3, art. 2, qu. 3. — <sup>4</sup> In 4, dist. 17, qu. unic., art. 2, (num. 20). v. *Multas autem.* — <sup>5</sup> Lib. 3, cap. 10, num. 14. — *Palud.*, in 4, dist. 16, qu. 3, art. 3, (num. 17). — *Vasq.*, qu. 91, art. 1, dub. 2, num. 6. — *Valen.*, in 3<sup>ma</sup> part., disp. 7, qu. 11, punct. 1, v. *Quinta assertio.* — <sup>6</sup> Tr. 23, punct. 9, n. 4. — <sup>7</sup> De Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 2, § 3, diff. 3, n. 5. — <sup>8</sup> Lib. 3, cap. 7, i. f.

restringit ad hanc circumstantiam; sed dicit etiam confitendas esse circumstantias aggravantes. — Et Sporer dicit communius doceri quod confitendae sunt tum circumstantia *quid tum* circumstantiae notabiliter aggravantes.

<sup>c)</sup> *Navarrus, Man.*, cap. 6, n. 6, concordat per se loquendo; sed *in cap.* Consideret, *de poenit.*, dist. 5, n. 6, plures exceptions ponit. — Reginaldus etiam exceptions afferit, sicut et *Valentia, Toletus, Holzmann*; et idem insinuat Roncaglia.

<sup>d)</sup> *Gabriel Biel*, in 4, dist. 17, qu. 1,

D. Thomam in hoc loco nostram sententiam tenuisse; et signanter Canus<sup>19</sup>, ubi ait: *B. Thomas... expresse tenet solas circumstantias quae speciem mutant esse confitendas.* Idem sentit S. Antoninus, ut infra videbimus. Idem Sotus apud Juenin<sup>20</sup>, ubi dicit: *S. Thomas... sententiam mutasset, si vitam usque ad finem suae Summae perduxisset*<sup>21</sup>. Haec tamen prophetia est Patris Soto, non vero sententia D. Thomae.

Attamen Pater Concina<sup>22</sup> aliter explicat praefatum textum: et dicit quod S. Doctor non loquitur ibi de circumstantiis quae adjiciunt malitiam constituentem peccatum mortale, sed de iis quae confinia peccati venialis non transiliunt; idque deducit ex ratione quam S. Thomas ibi subdit: *Cujus ratio est, quod venialia non sunt de necessitate confessionis, sed solum mortalia, quae quantitatem infinitam quodammodo habent.* — At venia tanti viri, non videatur haec interpretatio locum habere. Nam respondetur quod quaestio quae a D. Thoma ibi proponitur, est signanter de circumstantiis quae aliquam notabilem quantitatem peccato addunt. Illud autem notabilem quantitatem non potest quidem intelligi circa peccatum veniale, sed *circa mortale*. — 1º. Quia nullus unquam de hoc dubitat; quis enim dixit aut censeri potest dixisse circumstantias peccati venialis esse necessario confitendas: cum apud omnes compertum sit ipsa venialia non esse de necessitate confitenda? — 2º. Quia D. Thomas ibi loquitur de circumstantiis

— <sup>9</sup> De Poenit., n. 471. — <sup>10</sup> Tr. 6, cap. 8, n. 23. — <sup>11</sup> Tr. 19, qu. 3, cap. 2, qu. 6. — <sup>12</sup> Disp. 16, n. 106 et seqq. - *Scot.*, loc. cit. - *Adrian.*, in 4, de Confess., qu. 4, v. *Venio nunc.* - *Regin.*, lib. 6, num. 185. — <sup>13</sup> Disp. 22, sect. 3, n. 4, i. f. — <sup>14</sup> De Poenit., sect. 14, n. 4, v. *Quaeres.* — <sup>15</sup> In 4, dist. 16, qu. 3, artic. 2, solut. 5. — <sup>16</sup> Select. de Poenit., part. 6, v. *Quibus argumentis.* — <sup>17</sup> Instit. de Poenit., qu. 4, cap. 4, art. 2, § 2, objic. 2. — <sup>18</sup> Lib. 1, diss. 4, cap. 6, n. 4.

art. 2, concl. 4, negat esse necessario confitendas circumstantias quae « non aggravant mortaliter ». Et idem significat S. Antoninus.

<sup>e)</sup> Scilicet plurimi alii *apud Diana, part. I, tr. 7, resol. 1*, sententiam hanc tenent, quam ipse Diana probabilem existimat.

<sup>f)</sup> Haec sunt Juenini verba; paulo aliter apud ipsum Sotum, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 4, concl. 7, arg. 8: « S. Thomas, licet sic fuerit locutus in 4 cum communi opinione, fortasse in Summa, quae suum erat postremum testamentum, sententiam mutasset ».

quae notabilem quantitatem peccato addunt: haec autem notabilis quantitas necessario debet intelligi de circumstantia peccati mortalis, non autem venialis. Et quod ita sit, clare patet ex ratione illa quam subdit S. Doctor, *quod venialia non sunt de necessitate confessionis*: quae quidem ratio non jam respicit suam principalem sententiam (ut intelligit Pater Concina), nempe quod non oporteat confiteri circumstantias notabiliter aggravantes, utpote quia sunt venialia; sed respicit illud: *Addendum est* (quod immediate praecedit), *quae ad aliam speciem mortalis trahunt*. Quibus verbis aperte D. Thomas significat quod circumstantiae peccati mortalis mutantes speciem certe sunt confitendae, quia hae quantitatem infinitam quodammodo habent; non vero circumstantiae peccati venialis, etiamsi sint diversae speciei: et de hoc rationem reddit, *quod venialia non sunt de necessitate confessionis*. Deinde id clarius confirmat addens: *Et quia circumstantiae aggravantes, quae aliam speciem peccato non tribuunt, vel quae tribuunt quidem, sed non (nota) mortalis peccati, non sunt de necessitate confessionis*. Ergo S. Doctor distinguit inter circumstantias quae tribuunt alias circumstantias quam mutantes speciem: quia has sufficere satis innuit ad hoc ut confessarius rectum efformet judicium de gravitate criminum et de poena imponenda.

<sup>g)</sup> Probatur 2º. rationibus. — Ratio 1<sup>a</sup>. Quia in Tridentino<sup>23</sup> sic dicitur: *Eas circumstantias in confessione explicandas... quae speciem peccati mutant: quod sine illis peccata ipsa neque a poenitentibus integre exponantur, nec judicibus innotescant, et fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte censere possint, et poenam quam oportet pro illis poenitentibus imponere*. Ex quibus verbis videtur non obscure concilium excludere obligationem confitendi alias circumstantias quam mutantes speciem: quia has sufficere satis innuit ad hoc ut confessarius rectum efformet judicium de gravitate criminum et de poena imponenda.

<sup>h)</sup> Ratio 2<sup>b</sup>. Quia alias poenitentes semper inter angustias fluctuarent; cum semper dubitare possent de integritate suarum confessionum in determinando quae circumstantiae sint vel ne notabiliter aggravantes. Et ideo dicit D. Thomas<sup>24</sup>: *Determinata quantitas peccati non potest sacerdoti innotescere, quia nec ipse peccator scit; unde sufficit quod cognoscat quantitatem quae ex specie peccati consurgit*. — Unde hujus sententiae Lugo assignat rationem a priori, dicens quod Christus nihil aliud praecipit quam confessionem peccatorum: qui autem explicat circumstantias mutantes speciem peccati, jam vere confitetur et explicat essentiam peccati, cum peccati quidditas sive essentia tantum sumatur ex ipsius ratione specifica.

<sup>i)</sup> Part. 3, tit. 14, cap. 19, § 7. — <sup>j)</sup> Sess. 14, cap. 5. — <sup>k)</sup> In 4, dist. 16, qu. 3, art. 2, solut. 5, ad 2. — *Lugo*, disp. 16, n. 113.

cum circumstantias aggravantes esse necessario confitendas, non tamen addit hanc esse communem sententiam.

Ratio 3<sup>a</sup>. Quia, si teneremur manifestare circumstantias notabiliter aggravantes, teneremur etiam confiteri notabiliter minuentes, nempe si quis peccavit ex ira, metu, intensiori passione, ex inductione aliorum, et similibus: quam obligationem etiam adversarii negant.

Ratio ultima et potior, quam tradunt doctissimus Cabassutius<sup>b)</sup>, Lugo, Salmant. et Roncaglia, est, quia nemo tenetur servare legem dubiam; ut fuse probatum est in *Moral Systemate* (Lib. I, n. 58 et seq.), cum communi doctorum, ex S. Isidoro in cap. *Erit autem, dist. 4*; et cap. *Cum in jure 31, de off. et pot. judic. deleg.*; et ex D. Thoma<sup>1</sup>, ubi ait: *Nullus ligatur per praeceptum aliquod, nisi mediante scientia illius praecepti*. Scientia autem, ut certum est apud omnes, et docet idem D. Thomas<sup>2</sup>, est certa notitia alicujus rei. Unde, cum lex confitendi circumstantias aggravantes sit valde dubia, ad illam non tenemur: et ideo (bene ait Lugo) Tridentinum non explicavit hanc obligationem illas confitendi, quia non satis concilium id colligere potuit ex Christi verbis et sacramenti institutione.

Nec obstat 1<sup>a</sup>. *Rituale Romanum*, dicens esse obligationem confitendi *species et circumstantias... explicatu necessarias*.

— Nam resp. quod aliquando etiam adest obligatio confitendi circumstantias notabiliter aggravantes, ut recte dicunt Lugo<sup>3</sup> et Salmant.<sup>4</sup>: quando scilicet inducunt censuram vel reservationem; aut quando (ut diximus) confessarius interrogat, putatque necesse id scire ad medicinam vel restitutionem imponendam.

Quoad auctoritatem *Catechismi* oppositam, videtur quod illa nimis probat: nam videtur imponere obligationem explicandi circumstantias, non solum gravantes, sed etiam minuentes: quod non est credibile. Quis enim unquam dixit quod si

<sup>a)</sup> Lugo, disp. 16, n. 109. — <sup>b)</sup> Salmant., tr. 6, cap. 8, n. 25. — Roncaglia, tr. 19, qu. 3, cap. 2, qu. 6. — <sup>c)</sup> S. Isidor., cfr. Etymologiar. lib. 5, cap. 21, ap. Migne, Patrol. lat., tom. 82, col. 208. — <sup>d)</sup> De Verit., qu. 17, art. 8, corp. — <sup>e)</sup> Part. 1, qu. 1, art. 5. — Lugo, disp. 16, n. 109. — <sup>f)</sup> Disp. 16, n. 121 et seqq. — <sup>g)</sup> Tr. 6, cap. 8, n. 12 et 27. — Lugo, loc.

<sup>h)</sup> Cabassutius, lib. 3, cap. 10, n. 14, rationem istam perspicue insinuat, dicens: «Frustra et indebet requiruntur ad hoc sacra-

quis confiteretur homicidium, et taceret illud commisso ex vehementi passione vel in rixa, sacrilegam ficeret confessio nem? Unde debemus fateri hic mentem Catechismi non satis intelligi.

Non obstat 2<sup>a</sup>. dicere quod circumstantiae notabiliter aggravantes debeant explicari, ut confessarius debitam poenam imponat. — Nam bene respondet Lugo, in poenitentia injungenda non requiri omnimodam, sed tantum quamdam aequalitatem: quae utique servari potest, si manifestetur species peccati, licet non explicentur circumstantiae aggravantes. Hinc D. Thomas<sup>5</sup>, ubi hanc quidem objectio nem sibi efformat, sic respondet: *Sufficit quod (sacerdos) cognoscat quantitatem quae ex specie peccati consurgit*.

Non obstat 3<sup>a</sup>. dicere quod prima opinio saltem est tutior, et ideo omnino servanda in materia sacramenti, ex propos. 1. damnata ab Innocentio XI. — Nam bene respondent Cardenas<sup>6</sup> et Croix<sup>7</sup> quod qui sequitur secundam sententiam non expavit sacramentum periculo nullitatis; cum ad valorem sacramenti sufficiat confessio formaliter integra, quae jam probabiliter habetur in confessione peccatorum, etsi non explicentur circumstantiae aggravantes.

Unde etiam infertur quod quaelibet opinio probabilis negans aliqua peccata differre specie, non subjetat damnationi; quia si forte ante Deum est falsa, nihil minus jam adest confessio formaliter integra. — Hinc probabiliter dicunt S. Antoninus<sup>8</sup>, Lugo<sup>9</sup>; et Salmant.<sup>10</sup> cum Palao et Dicastillo, quod, per se loquendo, poenitens non tenetur quantitatem furti explicare. Dicitur: *per se loquendo*; nam aliunde, quia ut plurimum confessarius inquirere debet de quantitate furti, ad hoc ut sciat quomodo se gerere debeat circa absolutionem impertiendam et obli-

cit, n. 120. — <sup>6</sup> In 4, dist. 16, qu. 3, art. 2, solut. 5, ad 2. — <sup>7</sup> In propos. 1, diss. 2, n. 107 et 113. — <sup>8</sup> Lib. 6, part. 2, n. 978. — <sup>9</sup> Part. 3, tit. 14, cap. 19, § 7. — <sup>10</sup> Disp. 16, n. 121 et 123. — <sup>11</sup> Tr. 6, cap. 8, n. 28. — <sup>12</sup> Palao, tr. 23, punct. 9, n. 7 (non citatur pro hoc a Salmant.). — <sup>13</sup> Dicast., disp. 9, dub. 3, n. 199 et 200 (pariter a Salmant. hic non citatur).

mentum, ut necessariae, conditiones, de quibus nullum exstat aut usquam exstitit sive Christi sive Ecclesiae praeceptum».

Respondeatur obiectio ex poenitentia imponenda.

Respondeatur obiectio ex propositione damnata.

Probabiliter, ius negatur.

Exceptio-nes.

gationem restitutionis imponendam, ideo ut plurimum tenetur poenitens confiteri in furto circumstantiam quantitatis.

469. — Quaeritur 2<sup>a</sup>. *Utrum qui commisit incestum explicare debeat qualitatem atque gradum?* — Duo igitur hic vertunt Dubia:

Dubitatur 1<sup>a</sup>. *An incestus cum consanguinetis differat specie ab incestu cum affinibus?*

Juxta a- lios, ince- stus cum consanguineis specie differat ab incestu cum affinibus.

Affirmant Lessius<sup>1</sup>, Salmant.<sup>2</sup>, Roncaglia<sup>3</sup>, Croix<sup>4</sup> et alii. — Ratio, quia (ut dicunt), licet omnes incestus eamdem reverentiam sanguini debitam offendant, diversa tamen diffirmitate eam laedit incestus cum consanguineis, quam incestus cum affinibus. Nam inter consanguineos conjunctio provenit ex vinculo intrinseco, id est ab identitate ejusdem sanguinis per generationem accepti; conjunctio autem inter affines provenit ex vinculo extrinseco, nempe ex copula habita cum ipsorum consanguineis.

Alli tamen probabilius negant differre incestum cum consanguineis ab incestu inter affines; ut Lugo<sup>4</sup>, Sanchez<sup>5</sup>; Tamburinius<sup>6</sup> cum Megalio, Soto et Cajetano<sup>7</sup>.

— Ratio, quia (ut ait Lugo) materialiter se habet quod conjunctio oriatur ex sanguine aut ex matrimonio; cum ex eodem motivo prohibeatur copula cum consanguineis quam cum affinibus. Et pro hac sententia sine dubio est D. Thomas<sup>8</sup>, ubi sic docet: *Persona affinis conjungitur alii cui propter personam consanguinitate conjunctam; et ideo, quia unum est propter alterum, ejusdem rationis inconvenientiam facit consanguinitas et affinitas*.

Bene tamen excipendum puto ince-

<sup>1</sup> Lib. 4, cap. 3, n. 79. — <sup>2</sup> Tr. 26, de 6<sup>o</sup> Praec., cap. 5, n. 28 et 30. — <sup>3</sup> Tr. 12, de 6<sup>o</sup> Praec., cap. 5, qu. 2. — <sup>4</sup> Disp. 16, n. 313 et 316. — <sup>5</sup> De Matr., lib. 7, disp. 67, num. 7 et 8. — <sup>6</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 7, n. 48. — <sup>7</sup> Megal., Instit. confessar., part. 1, lib. 5, cap. 12, n. 10 (edit. Mutinen, 1619). — <sup>8</sup> Sotus, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 4, concl. 7, arg. 7. — <sup>9</sup> In 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9, v. *Ad 2 object.* — Lugo, loc. cit., n. 313. — <sup>10</sup> 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9, ad 2. — <sup>11</sup> Tr. 26, cap. 5, n. 31. — <sup>12</sup> Disp. 16, num. 316 et 319. — <sup>13</sup> Man., cap. 7, n. 4, i. f. — <sup>14</sup> Suan., disp. 22, sect. 4, num. 7, v. *Ad hanc*; cfr. etiam sect. 3, n. 12. — <sup>15</sup> Loc. cit., num. 33. — <sup>16</sup> De Matr., qu. 4, punct. 16, n. 7. — <sup>17</sup> Laym., lib. 1, tr. 2, cap. 10, n. 3, v. — <sup>18</sup> Coninck, disp. 7, n. 13 et 21. — <sup>19</sup> Valent., in 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, disp. 9, qu. 3, punct. 3, v. *Atque ut notat;* et in 3 P., disp. 7, qu. 11, punct. 1, assert. 5, v. *Ex hoc item.* — <sup>20</sup> Tambur., Method. Confess., lib. 2, cap. 7, n. 48. — <sup>21</sup> Tr. 26, cap. 5, num. 28 et 36. — <sup>22</sup> Cajetan., in 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9, v. *Ad evidenteriam horum.* — Lugo, disp. 16, n. 314. — <sup>23</sup> Roncagl., tr. 12, cap. 5, qu. 2, v. *Tertio.* — <sup>24</sup> Disp. 16, num. 314. — <sup>25</sup> De 6<sup>o</sup> Praec., art. 4, cond. 2, et resp. 2 ad obj., v. f.

469. — <sup>a)</sup> Croix, lib. 6, part. 2, n. 1073, dicit hanc opinionem esse valde probabilem; sed probabilem etiam ait esse negativam.

<sup>b)</sup> Dicunt scilicet incestus istos specie distinguiri ab incestu in aliis affinitatis gradibus.

stum inter privignum et novercam, inter que socerum et nurum<sup>b)</sup>; ut dicunt Salmant.<sup>9</sup> et indicat Lugo<sup>10</sup>. — Ratio, quia debitum reverentiae, quod est motivum speciale prohibendi congressum parentum cum filiis, est etiam prohibendi copulam inter novercam et privignum, vel soerum et nurum.

Incestus autem cum affinibus, extra primum gradum, commune est inter doctores, esse eiusdem speciei.

470. — Dubitatur 2<sup>a</sup>. *An in confessione sint explicandi omnes gradus incestus commissi cum consanguineis usque ad quartum gradum?*

Prima sententia affirmat cum Navarro<sup>11</sup>; et Angelico<sup>12</sup>, Vasquez<sup>13</sup>, Suarez, etc., apud Salmant.<sup>14</sup>. Ratio, quia est specialis reverentia inter unum gradum consanguinitatis et alium. — Idem tenent Bonacina<sup>15</sup> cum Laymann, Coninck, Valentia, sed alia ratione ducti: quia alias non explicaretur substantia sive individuum peccati.

Secunda sententia docet solum incestum cum consanguineis in primo gradu, tam lineae rectae quam transversalis, specie differre ab aliis gradibus. — Quoad primum gradum lineae rectae, haec sententia videtur omnino tenenda (contra Tamburinium), tamquam communis cum Salmant.<sup>14</sup>, Cajetano, Lugo, Roncaglia, etc.

Ratio, quia cuique patet hujusmodi incestum longe esse diversum ab aliis; immo recte Lugo<sup>15</sup> et [Contin.] Tournely<sup>16</sup> docent, explicandum an pater peccarit cum filia, vel cum matre filius, cujus culpa habet diversam malitiam ratione specialis reverentiae matri debitae.

Juxta a- lios incestus specie dif- ferunt secundum gradus con- sanguinitatis.

Probabi- liter, solus incestus in primo gra- du recto vel transversali.

Sententia omni- nio te- rendo pro linea recta.

<sup>11</sup> Lib. 4, cap. 3, n. 79. — <sup>12</sup> Tr. 26, de 6<sup>o</sup> Praec., cap. 5, n. 28 et 30. — <sup>13</sup> Tr. 12, de 6<sup>o</sup> Praec., cap. 5, qu. 2. — <sup>14</sup> Disp. 16, n. 313 et 316. — <sup>15</sup> De Matr., lib. 7, disp. 67, num. 7 et 8. — <sup>16</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 7, n. 48. — <sup>17</sup> Inst. confessar., part. 1, lib. 5, cap. 12, n. 10 (edit. Mutinen, 1619). — <sup>18</sup> Sotus, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 4, concl. 7, arg. 7. — <sup>19</sup> In 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9, v. *Ad 2 object.* — Lugo, loc. cit., n. 313. — <sup>20</sup> 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9, ad 2. — <sup>21</sup> Tr. 26, cap. 5, n. 31. — <sup>22</sup> Disp. 16, num. 316 et 319. — <sup>23</sup> Man., cap. 7, n. 4, i. f. — <sup>24</sup> Suan., disp. 22, sect. 4, num. 7, v. *Ad hanc*; cfr. etiam sect. 3, n. 12. — <sup>25</sup> Loc. cit., num. 33. — <sup>26</sup> De Matr., qu. 4, punct. 16, n. 7. — <sup>27</sup> Laym., lib. 1, tr. 2, cap. 10, n. 3, v. — <sup>28</sup> Coninck, disp. 7, n. 13 et 21. — <sup>29</sup> Valent., in 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, disp. 9, qu. 3, punct. 3, v. *Atque ut notat;* et in 3 P., disp. 7, qu. 11, punct. 1, assert. 5, v. *Ex hoc item.* — <sup>30</sup> Tambur., Method. Confess., lib. 2, cap. 7, n. 48. — <sup>31</sup> Tr. 26, cap. 5, num. 28 et 36. — <sup>32</sup> Cajetan., in 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9, v. *Ad evidenteriam horum.* — Lugo, disp. 16, n. 314. — <sup>33</sup> Roncagl., tr. 12, cap. 5, qu. 2, v. *Tertio.* — <sup>34</sup> Disp. 16, num. 314. — <sup>35</sup> De 6<sup>o</sup> Praec., art. 4, cond. 2, et resp. 2 ad obj., v. f.

470. — <sup>a)</sup> Angelicus Doctor, 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9, corp. et ad 2; Vasquez, qu. 91, art. 1, dub. 4, num. 15 et 16, non videntur tenere hanc sententiam; nec citantur pro ea a Salmant.

An autem differat incestus in primo gradu linea rectae ab aliis ejusdem linea gradibus? — Affirmant<sup>b)</sup> Croix<sup>1</sup> cum Bonaespei; sed negat probabilius Lugo<sup>2</sup>.

Majus Dubium est: an incestus cum consanguineis in primo gradu linea transversalis, nempe cum fratre aut sorore, differat specie ab aliis gradibus? — Affirmant Lessius<sup>3</sup>, Lugo<sup>4</sup>, Salmant.<sup>5</sup>, Roncaglia<sup>6</sup>, Croix<sup>7</sup> et Sanchez<sup>c)</sup>. Ratio, quia reverentia quae debetur fratribus vel sororibus est diversae rationis ab ea quae debetur aliis consanguineis; coitus enim cum sorore videtur ab ipso jure naturae interdictus. — Quoad caeteros vero gradus consanguinitatis, dicunt Lessius<sup>8</sup>, Roncaglia<sup>9</sup> et Salmant.<sup>10</sup>, non differre specie incestum; sed gradum propinquorem inducere circumstantiam tantum aggravantem.

Tertia sententia, quam tenent Cajetanus<sup>11</sup>, Bonacina<sup>d)</sup>, Palaus<sup>12</sup>, Pontius<sup>13</sup>; Tamburinius<sup>d)</sup> cum Megalio<sup>d)</sup>, Diana<sup>d)</sup>, etc.; item Paludanus, Gabriel, Victoria, Navarrus, Armilla, Vega, Henriquez, Ledesma, Scotus, Abulensis, Sotus ac alii

multi, apud Sanchez<sup>14</sup> (qui cum Filiuccio vocat valde probabilem), censet omnes incestus inter consanguineos, excepto tantum primo gradu in linea recta, esse ejusdem speciei<sup>e)</sup>. Ratio 1<sup>a</sup>. Quia, excepto dicto primo gradu linea rectae, alii gradus tantum constituant circumstantiam aggravantem, quam explicandi valde probabile est (ut vidimus supra, num. 468, v. *Tertia*), non esse obligationem. — Ratio 2<sup>a</sup>, quam affert Cajetanus, est, quia commixtio conjugalis inter consanguineos, praeterquam cum parentibus, est tantum vetita ab Ecclesia, non vero de jure naturali; olim enim jam licitum fuit filiis Adam suis sororibus copulari.

Nec obstat dicere quod, sive malitia talium incestuum oriatur ex lege naturali, sive ex prohibitione Ecclesiae, semper hujusmodi incestuosi peccant contra reverentiam quae conjunctis debetur. Ecclesia enim, cum aliquid praecipit, ponit materiam praceptam in ea specie virtutis, ratione cuius illud praecipit: Ecclesia autem, propter eamdem reverentiam sanguini debitam, jubet ab his congressibus

Objectioni  
satisfit.

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 2, num. 1074. — *Francisc. Bonaespei*, de Actib. hum., disp. 5, n. 19. — <sup>2</sup> Disp. 16, num. 315. — <sup>3</sup> Lib. 4, cap. 8, n. 79. — <sup>4</sup> Disp. 16, n. 143. — <sup>5</sup> Tract. 26, cap. 5, n. 28 et 36. — <sup>6</sup> Tr. 12, de 6<sup>o</sup> Praec., cap. 5, qu. 2, v. *Tertia*. — <sup>7</sup> Lib. 6, part. 2, num. 1074. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 80. — <sup>9</sup> Loc. cit., qu. 2, i. f. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 36; et tr. 6, cap. 8, num. 31. — <sup>11</sup> In 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9. — <sup>12</sup> Tr. 28, disp. 4, punct. 7, n. 11. — <sup>13</sup> De Matrim., lib. 7, cap. 32, num. 8. — <sup>14</sup> *Palau*, in 4, dist. 38, qu. 4, art. 4. — <sup>15</sup> *Gabriel Biel*, Suppl., dist. 41, qu. unic., artic. 3, dub. 2 et 3. — *Victoria*, Select. 7, de Matr., part. 2, sect. 2, n. 8,

v. Secundo dico. — *Navar.*, consil., lib. 4, de sponsalib., consil. 14, n. 8, v. *Alterum peccatum*. — *Arnil.*, v. *Dispensatio*, num. 9 et 10. — *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, cas. 127; cas. 129, not. 3; et cas. 165. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 9, n. 4. — *Barthol. Ledesma*, de Matrim., diff. 38. — *Scot.*, in 4, dist. 40, qu. unic., art. 2. — *Abulen.*, in lib. I Reg., cap. 8, qu. 149, 151 et 176. — *Sotus*, in 4, dist. 40, qu. unic., art. 4, v. *Verumtamen*; cfr. de Just., lib. 2, qu. 3, art. 8, ante resp. ad 5. — <sup>16</sup> De Matr., lib. 7, disp. 52, num. 10. — *Fili.*, tr. 30, cap. 5, n. 97. — *Cajetan.*, in 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9.

<sup>b)</sup> Croix, n. 1074, postquam retulit opinionem aliquorum qui negant incestum in uno gradu differre ab incestu in alio quocumque gradu, addit: « Sed multi alii... longe probabilius contradicunt; tum quia incestus in primo, aut forte etiam in secundo gradu, repugnat juri naturae, non item in aliis gradibus...; tum etiam quia alia debetur reverentia matri quam nepti; hinc infert Bonaespei, n. 19, debere explicari an fuerit cum avia, matre, sorore... Non est tamen opus dicere an fuerit cum proavia, quia similis tantum videtur huic et aliis consanguineis deberi reverentia ». — Et revera Franciscus Bonaespei, loc. cit., explicandum esse ait an incestus fuerit cum matre, etc., et addit: « Idem dic de peccato neptis cum avo... Licet specie non distinguatur peccatum neptis cum avo ab ejusdem peccato cum proavo, quia utrobique peccatur contra reverentiam causae parentis neptis debitam ».

<sup>c)</sup> Sanchez, de Matrim., lib. 7, disp. 52, n. 11, sententiam hanc manifeste innuit, dum affirmat matrimonium in primo gradu linea transversalis irritum esse jure naturae; secus autem in ceteris remotioribus gradibus.

<sup>d)</sup> Bonacina, de Matrim., qu. 4, punct. 16, n. 6; Tamburinius, Method. Confess., lib. 2, cap. 7, n. 48; Megalius, part. 1, lib. 5, cap. 12, n. 9; et Diana, part. 1, tr. 7, resol. 31, ne primum quidem gradum in linea recta excipiunt. — Diana tamen, part. 7, tr. 12, resol. 16, commune esse ait et probabilius, incestum in primo et secundo gradu specie differre ab aliis, quamvis opposita sententia non caret probabilitate.

<sup>e)</sup> Auctores citati a Sanchez dicunt solum matrimonium in primo gradu linea rectae absolute et indispensabiliter jure naturae irritum esse; non tamen ita absolute prohiberi matrimonium inter fratres et sorores.

fideles abstinere. — Nam respondetur quod, licet Ecclesia, prohibendo commixtionem propinquorum usque ad quartum gradum, elevaverit hujusmodi abstinentiam ad virtutem pietatis naturaliter debitae sanguine junctis; non per hoc tamen efficit quod propinquitas horum graduum induceret diversitatem specificam naturalem. Naturalis enim diversitas specifica graduum tantum est desumenda ex difformitate per se naturali, quae probabiliter non adest inter gradus consanguinitatis (praeter primum linea rectae, ut diximus); magis enim et minus non variant speciem.

Et pro hac sententia videtur indubitanter esse (ut non dubitat Contin. Tourneley, licet hic auctor sit pro contraria sententia) etiam D. Thomas<sup>1</sup>, ubi sic ait: *In commixtione personarum conjunctarum aliquid est quod est secundum se indecens et repugnans naturali rationi: sicut quod commixtio fiat inter parentes et filios, quorum est per se et immediata cognatio; nam filii naturaliter honorem debent parentibus...* Aliae vero personae quae non conjunguntur secundum seipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex seipsis indecentiam; sed variatur circa hoc decentia vel indecentia secundum consuetudinem et legem humanam vel divinam, id est positivam de jure divino. — Et idem videtur docere D. Augustinus<sup>f)</sup> apud D. Thomam<sup>g)</sup>, dicens: *Commixtio sororum et fratrum, quanto fuit antiquior compellente necessitate, tanto postea facta est damnabilior, religione (id est Ecclesia) prohibente.*

Prima sententia est minus probabilis; secunda et tertia aequae probabiles videntur.

Contin. Tourn., de 6<sup>o</sup> Praec., art. 4, concl. 2, obj. et resp. 2. — <sup>1</sup> 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 9, ad 3. — <sup>2</sup> Loc. cit. — <sup>3</sup> De Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 2, § 1, n. 1 et seqq. — <sup>4</sup> Lib. 5,

<sup>f)</sup> Ita sane refertur D. Augustinus a S. Thoma; sed genuinus textus in op. *de Civit. Dei*, lib. 15, cap. 16, sic sonat: « Viri sorores suas [in principio] conjuges acceperunt: quod profecto, quanto est antiquius, compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius, religione prohibente ». Migne, Patrol. lat., tom. 41, col. 457 et seq.

« Unde resolves:

471. — <sup>a)</sup> Ad integratatem confessionis praerequiritur diligens examen pro causa poenitentis, temporis mora, et ceteris circumstantiis. Ad id autem sufficit diligentia mediocris, qualem vir prudens in arduis negotiis adhibet, vel qualem, moraliter loquendo, docti et timorati adhibere solent; etiamsi quis putet<sup>a)</sup> majore diligentia plura se reportur, Bonacina<sup>h)</sup>, Laymann<sup>i)</sup>. — Post mediocrem autem istam diligentiam non tenetur de anteacta vita ulterius cogitare; et si quid occurrat quod videatur non esse in confessione explicatum, potest sibi persuadere cum caeteris id membrum fuisse. Diana<sup>j)</sup>, ex Sanctio. (Animadverte tamen propositionem 11 inter proscriptas<sup>b)</sup> ab Alexandro VII).

<sup>b)</sup> Examen hoc a confessario potest suppleri. Quod tamen Suarez reprobat in confessionibus longis diligentiorum, eo quod impossibile fere sit ut quis repetente rogatus omnia recordetur; et tandem admittit in rudibus: [Adverte id quod habetur circa hoc in Catechismo Romano<sup>k)</sup>, ubi: Si sacerdos hujusmodi homines prorsus imparatos cognoverit, humanissimis verbis a se dimittet, hortabiturque ut ad cogitanda peccata aliquod secundum consuetudinem et legem humanam vel divinam, id est positivam de jure divino. — Et idem videtur docere D. Augustinus<sup>l)</sup> apud D. Thomam<sup>m)</sup>, dicens: Commixtio sororum et fratrum, quanto fuit antiquior compellente necessitate, tanto postea facta est damnabilior, religione (id est Ecclesia) prohibente.

Prima sententia est minus probabilis; secunda et tertia aequae probabiles videntur.

tr. 6, cap. 8, n. 5. — <sup>h)</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 107, i. f. - *Sanctius*, Select. disp. 41, n. 18. — *Suar.*, disp. 22, sect. 11, i. f. — <sup>i)</sup> De Sacra Poenit., n. 60. — <sup>j)</sup> V. *Confessio*, n. 40, in edit. correcta.

Requiratur diligens examen, diligenter dicendi.

Quando possit suppleri a confessario.

« non nimis rogandos de confessionibus  
« praeteritis, nisi intelligatur aliquid ne-  
« cessarium defuisse. Vide Fagundez, Dia-  
« na<sup>1</sup>. [Vide dicenda n. 505].

Scribe-  
re peccata,  
non neces-  
sarium; sed  
consulen-  
dum.

Ignorantia  
vel negli-  
gentia gra-  
viter culpa-  
bilis facit  
confessio-  
nem inva-  
lidam.

Quid de  
confite-  
mortalia  
uni; deinde  
venialis al-  
teria.

Quaenam  
circumstan-  
tiae mi-  
nuentes  
confitenda.

« 3º. Non est necessarium peccata scri-  
« bere ne memoria excidant; ut (contra  
« Bonacina) docent Suarez, Vasquez<sup>c</sup> et  
« alii. Immo Sotus dicit id non consulen-  
« dum, ob periculum evulgationis. Melius  
« tamen Laymann<sup>d</sup>, Coninck et alii as-  
« serunt suadendum esse: dummodo vi-  
« tetur anxietas nimia, propter quam scrupu-  
« pulosis prohiberi potest.

« 4º. Invalida est confessio non integra,  
« ex ignorantia vel negligentia mortaliter  
« culpabili; ut verius docent Suarez et  
« alii communiter, contra Sotum<sup>e</sup> et Ca-  
« num<sup>f</sup>; quia Tridentinum requirit dili-  
« gens examen.

« 5º. Non officit integratati, per se lo-  
« quando, si quis subinde gravius lapsus,  
« id alteri prius confiteatur, et deinde ordi-  
« natio suo venialis tantum (qui impruden-  
« ter id aegre feret, prohibebit aut repre-  
« hendet). Nisi tamen ea occasione maneat  
« in mortali occasione peccandi, aut ideo  
« circumeat ut liberius peccet; tunc enim  
« graviter peccabit, et ob defectum attri-  
« tionis confessio erit nulla. — Ita Filliuc-  
« cius, Laymann<sup>g</sup>, card. de Lugo<sup>h</sup>.

« 6º. Ex circumstantiis minuentibus,  
« illae tantum explicandae sunt, quae vel  
« omnino tollunt malitiam, vel ex mortali

Fagund., de 2º praec. Eccl., lib. 3, cap. 2, num. 5; et  
cap. 4, n. 10. — <sup>i</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 89, v. f. — Bonacina,  
de Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. ult., n. 7, i. f. — Suar.,  
disp. 22, sect. 11, n. 4. — Sotus, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 4,  
i. f. — Coninck, disp. 7, dub. 9, num. 72. — Suar., loc. cit.,  
n. 2. — Trident., sess. 14, de Poenit., cap. 5. — Fill., tr. 7,  
cap. 4, n. 75. — <sup>j</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 8, n. 14. — <sup>k</sup> Disp. 22,

c) Licet Vasquez, qu. 90, art. 1, dub. 4,  
n. 22, nihil dicat de scribendis peccatis, per-  
spicue tamen insinuat non existere hanc obli-  
gationem, dicendo: « Divinum praeceptum  
non est ut studeamus memoria retinere pec-  
cata; sed cum imminent tempus confessionis,  
confiteamur ea quorum memoriam habemus  
aut tunc habere possumus, diligenti, humano  
tamen, examine adhibito». Et n. 25 negat  
teneri poenitentem « diligentiam specialem  
adhibere ne obliviscatur».

d) Laymann, lib. 5, tr. 6, cap. 6, a n. 3,  
hoc non habet.

e) Sotus, in 4, dist. 18, qu. 3, art. 3, v. Sed  
est hic tamen, distinguit, et dicit confessio-

« faciunt veniam, ut parvitas materiae,  
« indeliberatio, etc. (v. gr. si die Veneris  
« ignorans comedisset carnes); vel alioqui  
« notabiliter mutant judicium confessarii,  
« saltem quoad speciem».

472. — <sup>a</sup> Ad servandam integritatem

« confessionis, peccata mortalia dubia, ut  
« dubia (loquendo de dubio proprio dicto)  
« sunt aperienda; ut docet Suarez<sup>8</sup>, San-  
« chez, Diana, card. de Lugo<sup>4</sup>, Bonacina<sup>5</sup>  
« et alii communiter, contra Coninck<sup>a</sup>.  
« Ratio: tum quia peccata quae sunt in  
« conscientia debent manifestari; at dubia,  
« ut dubia sunt in conscientia. Tum quia  
« in negotio salutis et medio ad hanc ne-  
« cessario non tam habet locum illud axio-  
« ma: *Melior est conditio possidentis, quam*  
« hoc: *In dubio tutior pars eligenda est.*  
« (Excipliuntur tamen scrupulosi, et ii qui-  
« bus diu post patratum peccatum subo-  
« ritur aliquod dubium, si alias soliti sint  
« sollicite confessionem instituere; quia  
« non est dubium prudens).

« Quod si postmodum accipiat noti-  
« tiam certam, idem rursus esse confiten-  
« dum tamquam certum, docet Turria-  
« nus et Sanchez<sup>6</sup>. Dubitat tamen card. de  
« Lugo<sup>7</sup>, suadetque id ut securius. Vide  
« Diana<sup>8</sup>.

« Si vero peccatum confessus sit ut  
« certum, et postea de eo dubitet an fe-  
« cerit, non tenetur iterum confiteri ut du-  
« bium. — Lugo et Tamburinius<sup>9</sup>; qui idem

sect. 9. — Sanch., Decal., lib. 1, cap. 10, n. 66 et seqq. —  
Diana, part. 3, tr. 4, resol. 60. — <sup>b</sup> Disp. 16, num. 68. —  
<sup>c</sup> De Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 2, § 8, diff. 4. — Turrian.,  
de Poenit., disp. 29, dub. 6, v. *Defende docent.* — <sup>d</sup> Decal.,  
lib. 1, cap. 10, n. 69. — <sup>e</sup> Disp. 16, n. 92. — <sup>f</sup> Part. 3, tr. 4,  
resol. 60 et 107: cfr. etiam resol. 91. — Lugo, loc. cit., n. 77.  
— <sup>g</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 1, n. 19 et 20.

nem invalidam esse si nulla prorsus diligen-  
tia adhibeatur; sed validam, quamvis infor-  
mem, si adhibeatur diligentia quae poenitenti  
videatur sufficiens, licet revera non sit. — Et  
idem admittit Canus, *de Poenit.*, part. 6, pro-  
pos. 3 et 4, pro hominibus piis dumtaxat; im-  
pios vero, quos nulla animae cura tangit, nulla  
ratione a mortali excusat, etiamsi existiment  
idoneam se adhibuisse diligentiam.

f) Lugo, disp. 16, n. 57, negat esse contra  
valorem sacramenti, neque ullam afferit limi-  
tationem.

472. — <sup>a</sup> Coninck doctrinae expositae con-  
tradicit, disp. 7, dub. 8, n. 69, eo dumtaxat  
casu quo dubium in id moveatur utrum fe-

Quid de  
mortali-  
bus dubiis.

« censem, etsi postmodum certo compe-  
« riat se non fecisse.

« Monent autem Suarez et Tamburi-  
« nius<sup>1</sup>, si quis sola peccata dubia confi-  
« teatur, monendum ut addat aliquod cer-  
« tum ex alias confessis. — Quod si id ha-  
« beri non possit, absolvendum sub con-  
« ditione».

473. — Quaeritur igitur: *an sit obliga-  
tio confitendi peccata mortalia dubia, vel  
in dubio an fuerint confessa?* — Tres  
Quaestiones hic occurrunt discutienda, valde scitu necessariae ad proxim.

Dubitatur 1º. *An teneamur confiteri  
mortalia positive dubia*, nempe si utrinque  
adsint rationes probabiles, quod peccatum  
mortale fuerit vel non fuerit commissum?

Prima sententia affirmat. Et hanc te-  
nent Merbesius<sup>a</sup>, Habert<sup>a</sup>, Concina<sup>a</sup> et

Suar., disp. 22, sect. 9, propos. 3. — <sup>b</sup> Method. Confess.,  
lib. 2, cap. 1, n. 18. — <sup>c</sup> Lib. 1, dissert. 4, cap. 8, n. 10. —  
<sup>d</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 76. — <sup>e</sup> Loc. cit., n. 6. — <sup>f</sup> V. *Confe-  
ssio II*, qu. 2. — <sup>g</sup> Suppl., qu. 6, art. 4, quer. 1. —  
<sup>h</sup> Tr. 19, qu. 3, cap. 2, qu. 7, resp. 1. — <sup>i</sup> Tr. 14, dist. 7,  
n. 55. — <sup>j</sup> Lib. 15, n. 26. — <sup>k</sup> De Euch., qu. 6, punct. 1,  
n. 12. — <sup>l</sup> De Poenit., n. 458. — <sup>m</sup> De Euch., qu. 4, art. 7,

alii antiprobabilistae; qui dicunt in opini-  
onibus aequae probabilibus tutiorem se-  
quendam esse.

Secunda vero sententia communissima  
negat. Eamque tenent<sup>n</sup> Sanchez<sup>8</sup>, Sua-  
rez<sup>4</sup> (ubi hanc tuerit, etiamsi probabilius  
sit peccatum esse commissum), Silvester<sup>5</sup>,  
Silvius<sup>6</sup>, Roncaglia<sup>7</sup>, Anacletus<sup>8</sup>, Esco-  
bar<sup>9</sup>, Bonacina<sup>10</sup>, Holzmann<sup>11</sup> cum com-  
muni, Viva<sup>12</sup> (pariter asserens esse com-  
muni), Tamburinius<sup>13</sup> (dicens hanc  
esse certam apud omnes), Filliuccius<sup>c</sup>,  
Diana<sup>14</sup>, Sporer<sup>15</sup>; et Salmant.<sup>16</sup> cum Ger-  
sonio<sup>d</sup>, Henriquez, Dicastillo, et alii prob-  
abilistae communiter. — Ratio, quia quis-  
que potest licite se conformare opinioni  
vere probabili<sup>e</sup>.

Recte vero advertunt Holzmann<sup>17</sup>; et  
Viva<sup>18</sup> cum Sanchez, Henriquez et aliis,

n. 9; et de Poenit., qu. 2, art. 2, n. 2. — <sup>n</sup> Loc. cit., n. 9.  
— <sup>o</sup> Part. 4, tr. 3, resol. 5; cfr. part. 3, tr. 4, resol. 107. —  
<sup>p</sup> Part. 3, cap. 3, n. 389. — <sup>q</sup> Tract. 4, de Euch., cap. 7,  
n. 29. — <sup>r</sup> Henrig., lib. 5, cap. 4, n. 5. — <sup>s</sup> Dicast., tr. 4, de  
Sacr. Euch., disp. 9, dub. 8, n. 134. — <sup>t</sup> De Sacr. Poenit.,  
n. 463. — <sup>u</sup> De Poenit., qu. 2, art. 2, n. 5. — <sup>v</sup> Sanch., Decal.,  
lib. 1, cap. 10, n. 77. — <sup>w</sup> Henrig., lib. 5, cap. 4, n. 5, i. f.

Mortalia  
positive du-  
bia, juxta  
antiproba-  
bilistas,  
confitenda.

Communi-  
sime nega-  
tur.

Quid de  
versante in  
articulo  
mortis.

cerit quod credit esse mortale. Si vero poeni-  
tens dubitat utrum sit mortale id quod fecerit,  
ait illum teneri ad confitendum.

473. — <sup>a</sup> Merbesius, *de Euch.*, qu. 18, quae-  
strunc. 5, ait confessionem necessariam esse  
illi qui dubitat de peccato mortali non con-  
fesso; at conscientiam esse vere dubiam, « cum  
neque in ajentem neque in negantem partem,  
ne opinative quidem, inclinatur, id est, ita sus-  
pensa est, ut existimat quidem rem aliquam  
tali vel tali modo se habere, sed cum formidi-  
nate de opposito». — Habert autem *de Poe-  
nit.*, cap. 9, § 5, qu. 6, satis innuit sermonem  
esse de dubio positivo; dicit enim peccata du-  
bia esse in confessione aperienda, « si dubium  
sit cum fundamento... Qui enim dubitat absque  
ratione probabili dubium sum deponere  
debet».

b) Ex auctoribus pro hac secunda senten-  
tia allegatis, aliqui omittunt probabilitatem  
qua sit ex utraque parte, et negant simpli-  
citer obligationem confitendi peccata de quibus  
probabilis est opinio ea non fuisse com-  
missa, vel jam esse confessa. Et ii sunt  
Silvester, Silvius, Roncaglia, Anacletus et  
Salmant.

c) Filliuccius, tr. 7, cap. 4, n. 109, non  
adeo adhaeret huic secundae sententiae, sed  
ita distinguit: Si pro una parte adsint rationes  
probabiles; ex altera, formido tantum, sequen-  
tia est pars pro qua stant probabiles rationes;  
si in utraque parte sint probabiles rationes,

sed probabiliores se teneant ex parte qua  
judicat peccatum adesse, secundum aliquos  
poenitentes tenetur ad confessionem, sed secun-  
dum alios potest etiam sequi judicium minus  
probabile; si denique pro utraque parte sint  
rationes probabiles, et remaneat inter utramque  
suspensus, tenetur dubium confiteri « ex  
communi».

d) Gersonius, *Sermo de Poenit. in Coena  
Domini*, consil. 4, qu. de dubiis, scribit:  
« Aut.. credit magis quod peccaverit morta-  
liter... et sic tenetur confiteri vel deponere  
conscientiam. Aut dubitat ex aequo, et sic simi-  
liter obligatur. Aut credit magis quod non  
peccavit, cum dubio tamen de opposito..., et  
pro hoc dubio non tenetur».

e) Hanc utique rationem afferebat S. Doc-  
tor jam in prioribus sui operis editionibus;

sed postea, in sexta nempe editione operis  
*Istruzione e Pratica*, cap. 16, n. 30, alteram  
hanc, et quidem suo systemati conformiorem  
tradit: Communiter nempe negari obligatio-  
nem confitendi peccata positive dubia « ex  
universali ratione quod licite possumus sequi  
opiniones aequae probabiles... Aptius tamen  
hic respondet, sicuti inferius ad quae situm  
secundum de peccatis negative dubiis respon-  
debimus; ratio enim quam ibi datur sumus,  
eadem valet pro peccatis positive dubiis». Et  
dicta ratio habetur n. 31, et est: « Quia... ne-  
quit obligatio certa ex lege dubia imponi. Ille  
quidem qui de peccato suo certus est, lege te-

quod in articulo mortis, si quis dubitet an peccatum grave patraverit vel an illud confessus sit, sciens nunquam sacramentum Poenitentiae post tale peccatum suscepisse; tunc ad effugendum damnationis periculum, teneretur, non jam peccatum illud positive dubium confiteri, sed vel absolutionem sacramentalem suspere, vel saltem actum contritionis elicere.

At hic dices: contritio necessario includit votum confessionis; unde, cum possit fieri confessio, non sufficit contritio. Respondet Holzmann<sup>1</sup> quod contritio revera ex se habet vim delendi peccatum, et in tantum non delet mortalia certa sine voto confitendi, in quantum, cum adsit praecepsum divinum illa confitendi, non vere contereretur qui, cum posset, hanc obligationem nollet implere. Sed hoc currit ubi peccatum mortale est certum, et ideo materia necessaria confessionis; non vero si peccatum est dubium: tunc enim, cum illud non sit materia necessaria, sicut contritio sine voto confessionis delet venialia, ita et mortalia dubia.

474. - Dubitatur 2<sup>a</sup>. *An teneamur confiteri mortalia negative dubia?*

Prima sententia communior affirmat. Et hanc tenent Busenbaum (ut supra, n. 472.), Sanchez<sup>2</sup>, Suarez<sup>3</sup>, Lugo<sup>4</sup>; Palau<sup>5</sup> cum Navarro<sup>6</sup>, Silvestro et Lay-

mann<sup>7</sup>; Anacletus<sup>8</sup>, Diana<sup>9</sup>, Escobar<sup>10</sup>, Tamburinius<sup>11</sup>, Laymann<sup>12</sup>, Roncaglia<sup>13</sup>, Sporer<sup>14</sup>, Salmant<sup>15</sup>; ex D. Thoma<sup>16</sup>, ubi sic ait: *Et similiter se periculo committit qui de hoc quod dubitat esse mortale negligit confiteri. Non tamen debet asserere illud esse mortale, sed cum dubitatione loqui, et judicium sacerdotis exspectare, cuius est discernere inter lepram et lepram.* — Ratio 1<sup>a</sup> est, quia in Tridentino<sup>17</sup> sic habetur: *Oportere poenitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri.* Si ergo ex concilio confitenda sunt omnia mortalia, quorum conscientia habetur; etiam sunt confitenda mortalia dubia quorum dubia habetur conscientia. Ratio 2<sup>a</sup>, quia lex confessionis est in possessione; unde, in dubio peccatum est confitendum. Ratio 3<sup>a</sup>, quia haec videtur universalis et inveterata praxis fidelium; et ideo supponitur emanasse ex Christi institutione, et per traditionem usque nunc fuisse observatam.

Probabiliter negatur.

*Secunda* vero sententia negat: quam tenent Merbesius<sup>18</sup>, Habert<sup>19</sup> (ubi sic ait: *Qui... dubitat absque ratione probabili, dubium... deponere debet*); Coninck<sup>20</sup>, Holzmann<sup>21</sup>, Marchant<sup>22</sup>, Sà<sup>23</sup>, Mazzotta<sup>24</sup>. Et probabilem vocant Laymann<sup>25</sup>; Viva<sup>26</sup>, citans S. Antoninum, Paludanum<sup>27</sup>, Les-

<sup>1</sup> De Poenit., n. 462. — <sup>2</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 65 et seqq. — <sup>3</sup> Disp. 22, sect. 9, n. 7. — <sup>4</sup> Disp. 16, sect. 2, § 8, n. 59 et seqq. — <sup>5</sup> Tr. 23, punct. 9, n. 16 et 17. — <sup>6</sup> Silvestri, v. *Confessio II*, qu. 2. — <sup>7</sup> Tr. 14, dist. 7, n. 54 et 55. — <sup>8</sup> Part. 10, tr. 12, resol. 2, v. *Sed his*. — <sup>9</sup> Lib. 15, n. 176. — <sup>10</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 1, num. 15. — <sup>11</sup> Tr. 19, qu. 3, cap. 2, qu. 7, resp. 1. — <sup>12</sup> Tr. 6, cap. 8, num. 33 et 35. — <sup>13</sup> In 4, dist. 21, qu. 2, art. 3, ad 3. — <sup>14</sup> Sess. 14, de Poenit., cap. 5. —

<sup>14</sup> De Euch., qu. 18, quaest. 5. — <sup>15</sup> De Poenit., cap. 9, § 5, qu. 6, i. f. — <sup>16</sup> Disp. 7, num. 69. — <sup>17</sup> De Poenit., n. 459. — <sup>18</sup> Tribun., tom. 1, tr. 4, tit. 6, qu. 5, concl. 4 et 5. — <sup>19</sup> V. *Eucharistia*, n. 23; cfr. v. *Confessio*, n. 7. — <sup>20</sup> Tr. 1, disp. 1, qu. 3, cap. 5. — <sup>21</sup> Lib. 1, tr. 1, cap. 5, num. 37, v. f. — <sup>22</sup> De Poenit., qu. 2, art. 2, num. 7. — <sup>23</sup> S. Anton., part. 3, tit. 18, cap. 6, § 9; cfr. part. 3, tit. 14, cap. 19, § 8.

netur certa, quae illum ad confessionem obligat; contra vero nulla certa lex est de peccatis dubiis confitendi. Italice vero: « 30... Per la ragione generale, che lecitamente possono seguirsi le opinioni egualmente probabili... Ma in ciò meglio vale la risposta che daremo qui appresso al secondo quesito per li peccati negativamente dubbi, poichè tal risposta ha la stessa forza per li peccati positivamente dubbi... 31... Perchè... non deve imporsi un obbligo certo per una legge dubbia. Per chi è certo del suo peccato, v'è la legge certa che l'obbliga a confessarlo; all'incontro non v'è legge certa di confessarsi i peccati dubbi ».

474. — <sup>a</sup> Navarrus non recte hic citatur a Palao; etenim, *Man.*, cap. 9, n. 14, loquitur

de poenitente qui in confessione omittit mortale, vel « quod probabiliter ipse dubitabat an esset tale ». <sup>b</sup> Laymann, lib. 1, tr. 1, cap. 5, n. 37, adhaeret quidem huic sententiae; non tamen sibi satis constat; nam postea dicit quod si alia peccata, quorum conscientiam habet, confessus fuerit, « tunc probabile appareat non incumbe ejus [dubii peccati] confitendi obligationem... Verum in hac re nihil determino, sed aliorum iudicio committo »; <sup>c</sup> Sporer, part. 3, cap. 3, n. 392: « Vera omnino practice, inquit, atque ad proxim omni modis consulenda sententia affirmativa ». <sup>d</sup> Paludanus, in 4, dist. 9, qu. 2, art. 1, concl. 7, v. f., loquitur de accidente ad com-

sium, Tabienam, Praepositum<sup>e</sup>, Amicum, Haunoldum, etc.; item Bossius, Henriquez, Ferrantinus, De Januario, etc. (apud Guimenium); ac Croix<sup>f</sup>, qui vocat probabilitorem ex rationibus intrinsecis.

Et revera, licet prima sententia sit valde probabilis et magna auctoritate corroborata, haec tamen secunda non videtur sua probabilitate destituta<sup>g</sup>. Ratio 1<sup>a</sup>. Quia Tridentinum<sup>h</sup> non obligat poenitentes, nisi ad confitenda *omnia peccata mortalia quorum... conscientiam habent*. Non dicit: uti sunt in conscientia (nempe vel ut certa vel ut dubia), sed *quorum... conscientiam habent*, quod importat habere notitiam certam peccati; conscientia enim (ut ait S. Bernardus) nihil aliud est nisi *cordis scientia* et judicium practicum de peccato commisso. Conscientia autem dubia neque est scientia neque judicium, sed suspensio judicii; unde minime dici potest habere conscientiam peccati qui nullam rationem habet quod illud commiserit. Et sic respondet primae rationi oppositae. Id confirmatur ex eodem Tridentino<sup>i</sup>, ubi additur: *Constat enim nihil aliud a poenitentibus in Ecclesia exigi, quam ut, postquam quisque diligenter se excusserit..., ea peccata confiteatur quibus se... Deum suum mortali offendisse meminerit: reliqua autem peccata quae diligenter cogitanti non occurunt, in universum eadem confessione inclusa... intelliguntur.* Ergo, sicut poenitens non tenetur confiteri venialia, ita nec peccata dubia; cum dicat dubia positive, quorum confessionis obligationem ipsi etiam adversarii fere omnes

<sup>e</sup> Less., Auctar., v. *Confessio*, cas. 7, n. 10. — <sup>f</sup> Tabien., v. *Communicare*, n. 85, v. f.; cfr. v. *Confessio II*, n. 12. — <sup>g</sup> Amic., tom. 8, disp. 13, n. 55. — <sup>h</sup> Haunold., Theol. speculat., lib. 4, tr. 4, cap. 8. — <sup>i</sup> Boss., Moral. var., tom. 1, n. 1754 et 1757. — <sup>j</sup> Henrig., lib. 8, cap. 45, n. 3, lit. p. — <sup>k</sup> Ferrantin., de Scandalio, qu. 77, a num. 17 et a num. 31. — <sup>l</sup> Joseph., de Januario, Resolut. mor., tom. 1, resol. 20. — <sup>m</sup> Guimen., Opusc. Theol. mor., tr. de Poenit., propos. 2, num. 1 et num. 48.

munionem, et dubitante utrum sit in mortali; et dicit deponendum esse dubium, si credit se esse in mortali ex conscientia scrupulosa et temeraria; si vero credit ex probabili conjectura, conteratur et confiteatur. Praeterea, dist. 21, qu. 2, art. 3, concl. 3 (n. 14), loquens de peccatis dubiis in universum, obligat ad confessionem.

<sup>e</sup> Fraepositus, de Poenit., qu. 5, dub. 3,

debere nisi mortalia quorum meminit: dubitare autem non est quidem meminisse, immo potius est non meminisse. — Ratio 2<sup>a</sup>. Quia non est pro delicto dubio onus certum imponendum: nec in dubio an lex exsistat adest legis obligatio, ut sapienter ait Benedictus XIV<sup>4</sup>. Nam, licet sit lex confitendi certa mortalita; et ideo qui certus est de mortali commisso et dubit negative (nam si dubitet positive mox infra dicemus) tenetur confiteri; non tamen exsistit certa lex confitendi mortalia dubia. Et sic respondet secundae rationi oppositae.

Nec obstat auctoritas D. Thomae alata. — Ibi enim S. Doctor revera non loquitur de eo qui post diligentiam efformat sibi judicium quod peccatum suum sit dubie mortale, et ideo dubium deponit ex regula praefata, nempe quod non datur certa obligatio ubi delictum est dubium; sed loquitur de eo qui certus est de sua actione mala, et nescit discernere an fuerit vel ne mortalis; hic utique tenetur diligentiam adhibere ut dubium deponat; unde, cum nescit illud deponere, tenetur stare judicio confessarii, cuius est discernere inter lepram et lepram. Neque obstat praxis fidelium, ut opponitur. — Nam respondent Holzmann, et Elbel cum Herincx, quod merito dubitatur<sup>g</sup> an fideles confiteant mortalia dubia ex persuasione obligationis, vel an ob majus conscientiae levamen; propter hoc enim fideles adsolent confiteri etiam peccata dubia positive, quorum confessionis obligationem ipsi etiam adversarii fere omnes

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 2, n. 609. — <sup>2</sup> Sess. 14, de Poenit., cap. 5. — <sup>3</sup> S. Bernard., de Interiori domo, cap. 11, init. (inter supposita S. Bernardi opera; et est incerti auctoris). Migne, Patrol. lat., tom. 184, col. 517. — <sup>4</sup> Sess. 14, de Poenit., cap. 5. — <sup>5</sup> Notif. 80, n. 19. — <sup>6</sup> Holzmann., de Sacr. Poenit., n. 461. — <sup>7</sup> Elbel, Sacrament., part. 2, confer. 7, de Peccat. dub., n. 166. — <sup>8</sup> Herincx, de Poenit., disp. 3, qu. 4, num. 48.

<sup>9</sup> In 119, dicit hanc sententiam esse « speculative » probabilem; sed n. 120, addit: « Dixi... videri speculative probabilem, quia non judico in praxi recessendum a priori opinione ».

<sup>10</sup> Quin etiam postea, in Hom. apost., tr. 16, n. 31, probabilem et ipse S. Alphonsus appellavit hanc secundam sententiam. Cfr. *Istruzione e pratica*, cap. 16, n. 31.

<sup>11</sup> Holzmann absolute negat proxim fide-

non agnoscent. Item ait Holzmann, quod praefata praxis forte est continuata ex errore, qui non potest inducere consuetudinem obligatoriam.

<sup>Negative</sup> 475. - Hinc inferunt Henriquez<sup>1</sup>, Sà<sup>2</sup>; et Granado, Leander<sup>3</sup> et alii, apud Guimenium<sup>4</sup>, non teneri ad confessionem qui vult communicare, et negative dubitat an peccaverit mortaliter. Tum quia non magis urget preeceptum praemittendi confessionem ad communionem, quam preeceptum servandi integritatem confessio- nis; utrumque enim est de jure divino. Tum quia preeceptum Tridentini<sup>5</sup> praemittendae confessionis non obligat nisi eum qui est *sibi conscientius mortalis peccati*; nequit autem dici conscientius de suo peccato qui de illo dubitat.

Sed huic obstat magna difficultas, nempe quod accedens ad communionem cum mortali negative vel positive dubio se exponit periculo frustrandi effectum sacramenti. Huic difficultati aliquis responderet posset cum Sanchez, Pontio, Vasquez,

Holam., de Sacr. Poenit., n. 461. — <sup>1</sup> Lib. 8, cap. 45, n. 3, lit. p. — <sup>2</sup> V. *Eucharistia*, num. 23. — *Granad.*, in 3 P., controv. 6, de Euch., tr. 10, disp. 7, num. 18. — <sup>3</sup> De Euch., propos. 3, n. 2. — <sup>4</sup> Sess. 13, de Euch., cap. 7. — <sup>5</sup> *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 9, num. 33 et 34. — *Pontius*,

lium ortam ex persuasione obligationis. — Herinx autem dicit: «Pii... plerumque praticant quod securius est».

475. - a) Leander, tr. 7, de Euch., disp. 7, qu. 11, hanc sane sententiam ut probabilem habet, sicuti ait Guimenius; sed oppositam longe probabiliorem existimat.

<sup>b)</sup> Sed vide pro Pontio, Sanchez et Cardenas, notas a et b, ad dictum lib. 1, n. 51, v. *Secunda*. — Notandum praeterea venit quod responsum istud, cui hic adhaerere videtur S. Alphonsus, et in prioribus Operis editiones lib. 1, n. 32, adhaerebat, postea reprobavit, nimurum ab editione 6<sup>a</sup> anni 1767, in qua novum tractatum de conscientia inseruit; vide lib. 1, n. 51 *in fine*. — Sed aliud, et quidem majoris momenti, notandum venit de opinione quae negat teneri ad confitendum ante communionem illum qui dubitat utrum necne peccatum commiserit. Hanc videlicet opinionem, quam S. Alphonsus adeo timide hic exponit, postea plane et sine ulla haesitatione amplexus est, in *Istruz. e Pratica*, cap. 16, n. 31, i. f. (anno 1757) et in *Hom. apost. tr. 16*, n. 31, i. f. (anno 1759), ubi negat ullam adresse obligationem confitendi peccata dubia, «etiam si quis vellet communicare, ut diximus tr. 15, n. 34, quidquid dictum

Perez, Hozes et alii (citatis *Lib. I.*, n. 51, v. *Secunda*), non esse illicitum suscipientibus sacramenta uti opinione probabili; ad differentiam sacramenta conferentium, qui nequeunt ea ministrare nisi cum sententia tutori vel saltem moraliter certa: sufficit autem ad sacramenta suscipienda ut quis accedat probabiliter dispositus<sup>b)</sup>. — Si quis autem nolit hac responsione uti, debet dicere cum Holzmann oportere quod eo casu communicaturus conteratur, vel absolutionem sacramentalem recipiat (quamvis peccatum illud reticeat), ut obicem auferat peccati illius si forte adfuit.

476. - Caeterum, in praxi (ordinarie loquendo) omnino suadenda est poenitentibus confessio mortalium tam negative quam positive dubiorum; cum id ordinarie prosit ad conscientiae tranquillitatem. — Dixi: *ordinarie*. Nam *scrupulosi* omnino eximi debent ab obligatione confitendi peccata dubia; ipsi enim tantum confiteri tenentur certa mortalita, et de quibus certe

de Matr., lib. 4, cap. 25, n. 8 et 9. — *Vasq.*, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 68, cap. 3. — *Anton. Perez*, Laurea Salmant., certam. 10, cap. 13, n. 65. — *Hozes*, Explic. propos. 1 Innoc. XI, n. 9 et 23; cfr. etiam qu. 2, append., n. 8 et seqq. — *Holam.*, de preec. Eccl., n. 71.

sit in Opere», scilicet in *Theologia moralis*. Et citato tr. 15, n. 34, (*Istruz. e Pratica*, cap. 15, n. 34), querit utrum possit communicare ille qui dubitat utrum, necne, sit in gratia; et scribit: «Huic dubio respondimus in Opere quod (per se loquendo) qui dubitat an sit in peccato, non potest communicare. Nihilominus, melius re persensa, mihi videatur respondendum cum majori distinctione. Unde sic dicimus: si quis dubitat an graviter peccaverit necne, tunc licite, non praemissa confessione, potest ad communionem accedere, sive dubium sit negativum, sive positivum, (cum satis ipsi sit ad fructum sacramenti tutius percipiendum ut praemittat contritionem), quia preeceptum Apostoli *Probet autem se ipsum homo*, vi cuius intelligitur preeceptum esse confessionem, ut declaravit Tridentinum, ligat tantum eos qui sunt conscienti, nempe certe sciunt se mortale commisisse quod nondum confessi sunt, ut idem Tridentinum declaravit, sess. 13, cap. 7, dicens: *Ut nullus sibi conscientius peccati mortalis ad Eucharistiam accedere debeat*. Itaque preeceptum probationis non incipit possidere, nisi postquam homo jam factus est conscientius sui peccati». Cfr. etiam *Confessore diretto*, cap. 14, n. 13.

Item ex-  
cipiuntur  
timoratae  
conscientia.

In praxi,  
suadenda  
confessio  
mortalium  
dubiorum.

Excipli-  
tur scrupu-  
losi.

nunquam sint confessi (vide mox dicenda n. 477, *in fine*), ut communiter docent Sanchez<sup>1</sup>, Laymann<sup>2</sup>; et Croix<sup>3</sup> cum Bussenbaum (num. 472), Coninck, Aversa, Stoz, Cajetano, Medina, Henriquez, Navarro, Rodriguez, etc.

Itaque eximi debent ab obligatione confitendi peccata mortalita dubia ii qui sunt timoratae conscientiae, et non solent deliberate lethaliter peccare: hi enim in dubio rationabiliter, imo moraliter certo, credere possunt non consensisse; quia preeemptio sumitur ex communiter contingentibus. Ita Croix<sup>4</sup>, Bonacina<sup>5</sup>; et Sayrus, Reginaldus, Bosco et Herinx, apud Croix<sup>6</sup>; ac Habert<sup>7</sup>, ubi sapienter ait: *Sic vir probatue... pietatis, anxious tamen num consenserit delectationi venereae..., moraliter certus esse debet se non consensisse... quia moraliter fieri nequit ut voluntas tam firma... in proposito vitandi omne peccatum praesertim lethale, mutetur, quin conscientia dilucide advertat*. Idem docent Salmanticenses scholastici<sup>8</sup>, dicentes: *Qui habet animum satis firmum in bono, proindeque nunquam aut raro in aliquid grave consentit, ipsique sensualitatis motus fastidio illi sunt: non est cur ex qualibet permissione aut non resistenter... statim consensum pertimescat, quippe ea animi dispositio videtur sufficienter periculum auferre*.

Ratio hujus a priori est, quia is qui habitualiter Deo adhaeret et valde timet ne divina gratia privetur, si contingat aliquando ab eo averti, magnam sibi vim inferre debet ut remorsum conscientiae contemnat et in peccatum deliberate se projiciat. Id autem non potest agere nisi certo advertat malum quod amplectitur; nam, ut ait doctissimus Pater Alvarez (apud Croix<sup>9</sup>): *Plenus consensus in mortali est tanta iniquitas, ut celari aut igno-*

*rari non possit, sed in recenti facile agnosceretur*. Hinc Dominus dixit S. Teresa: *Nemo me amittit, nisi certo id cognoscat*.

Ad praesumendum autem quod non adfuerit plenus consensus in homine pio, maxime prosunt hae sequentes conjecturae quas tradit Croix<sup>10</sup>, nimurum: si talis serium et saepe repetitum propositum habuerit nunquam peccandi mortaliter, et nesciat illud certo revocasse; si cum advertit malum, terreatur et illico tentationem repellat, statimque dubitet an consenserit; si meminerit se timide processisse; si nesciat an in vigilia vel somno aliquid egerit vel cogitaverit: si enim fuisset vigilans jam id advertisset et sciret. E converso, oppositum est censendum de eo qui est assuetus de facili in peccata mortalia prolabi; quia in dubio preeemptum iste consensisse: si enim obstitisset, utique recordaretur conatus illius quem sibi intulisset ad temptationem repellendam. — Unde recte concludit Croix<sup>11</sup> quod vix unquam in hujusmodi hominibus, tam primi quam secundi generis, datur dubium mere negativum. Praesumptio enim (ut ait cum Soto, Sanchez, Moya, etc.) probabilitatem fundat consensus preestiti vel dissensus.

477. - Dubitatur 3<sup>o</sup>. *An teneatur quis confiteri aliquod peccatum mortale certe commissum, in dubio an illud fuerit vel ne confessus?* — Respondetur:

Si dubium est *negativum*, equidem tenetur illud confiteri; ut communiter docent Sanchez<sup>12</sup>; et Navarrus, Suarez, Dicastillus ac alii passim cum Salmant.<sup>13</sup>

Contra vero, si dubium est *positivum* (ita ut ille probabiliter credit peccatum illud jam confessum fuisse), adest sententia non teneri ad illud confitendum; et hanc tuentur Suarez, Navarrus, Silve-

Conjectu-  
rae de non  
preestito  
pleno con-  
sensu.

<sup>1</sup> Negative  
dubius de  
confessione  
lethalis te-  
netur confi-  
teri.

<sup>2</sup> Positive  
dubius, in-  
xata alios,  
non tene-  
tur.

<sup>1</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 85. — <sup>2</sup> Lib. 1, tr. 1, cap. 5, n. 37. — <sup>3</sup> Lib. 6, part. 2, n. 611. — Coninck, disp. 7, n. 68. — Aversa, qu. 10, sect. 3, v. *Denique*. — Stoz, lib. 1, part. 5, n. 207. — Cajetan., Sum., v. *Scrupulosorum medicina*; et v. *Confessio*, condit. 5. — Barthol. Medina, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 19, art. 6, i. f. — *Henrig.*, lib. 5, cap. 3, n. 4. — *Navar.*, in can. *Si quis autem*, n. 77, de poenit., dist. 7. — *Rodrig.*, Quæst. regul., tom. 3, qu. 66, art. 3. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 2, n. 612. — <sup>5</sup> Disp. 2, de Peccat., qu. 2, punct. 3, n. 19. — *Sayrus*, Clav., lib. 8, cap. 7, n. 6. — *Regin.*, lib. 15, n. 76. — *Bosco*, de Poenit., disp. 7, sect. 8, n. 104. — *Herinx*, de Peccat., disp. 7, n. 41, v. *Quinto*. — <sup>6</sup> Lib. 1, num. 546. — <sup>7</sup> De Consc., cap. 2, qu. 18, v. f. — <sup>8</sup> Tr. 13, disp. 10, n. 193. — <sup>9</sup> Lib. 1, num. 547. Cfr. *Jacob. Alvarez*, Opera, tom. 2, lib. 1, part. 3, cap. 12, § 5, v. *Multorum ac diversorum*. — <sup>10</sup> Lib. 1, n. 547. — <sup>11</sup> Lib. 6, part. 2, num. 612, i. f. — *Sotus*, de Just., lib. 7, qu. 3, art. 2, v. *Hic vero*. — *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 10, num. 18. — *Moya*, tr. 3, disp. 1, qu. 5, n. 23. — <sup>12</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 71. — *Navar.*, in can. *Si quis autem*, n. 77, de poenit., dist. 7. — *Suar.*, disp. 22, sect. 9, n. 2 et 7. — *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, num. 291. — <sup>13</sup> Tr. 6, cap. 8, num. 34. — *Suar.*, disp. 22, sect. 9, n. 6. — *Navar.*, in can. *Si quis autem*, n. 77, de poenit., dist. 7.

Juxta S.  
Doctorem,  
tenetur.

Limitatio-  
nes.

ster<sup>a)</sup>, Bonacina, Lugo, Salmant., Croix, etc. — Verum<sup>b)</sup>, sicut mihi probabilis minime visa fuit opinio (alibi relata) eorum auctorum qui dicebant non esse obligationem implendi vota quae probabiliter impleta sunt: ita nec valeo hanc approbare sententiam quoad peccatum probabiliter confessum; cum obligatio confessionis sit certa, et satisfactio dubia.

Non autem reprobo id quod iidem ci-  
tati auctores tradunt, nempe quod ille qui  
diligens fuit in suis peccatis confitendis,  
si postea dubitat an aliquod peccatum  
omiserit, postquam multum elapsum sit  
tempus a quo illud patravit, non tene-  
tur ad confitendum; cum possit credere  
eo casu moraliter certe jam de illo con-  
fessum fuisse. — Et subjungit Pater Con-  
cina<sup>1</sup> quod si quis prius ex prava con-  
suetudine in plura peccata lapsus fuerit, et  
postea sit vere conversus per constantem  
vitae integritatem: si tunc dubitet an omi-  
serit in confessione generali vel particu-  
lari, facta cum debita diligentia, aliquod  
peccatum vel circumstantiam, confessari-  
ius prohibeat illi ne recogitet quidem de  
praeterita vita; sed potius imponat ut piis  
meditationibus tempus impendat:

Scrupulosi autem minime tenentur pec-  
cata praeterita confiteri, nisi certi sint  
quod illa nunquam confessi fuerint<sup>b)</sup>; ut  
communissime dicunt Cajetanus, Navarrus,  
Medina, Henriquez<sup>c)</sup>, Becanus, Reginaldus, etc., cum Croix<sup>d)</sup>. — Adduntque

<sup>a)</sup> Bonac., qu. 5, sect. 2, punct. 2, § 8, diff. 4, num. 4. — Lugo, disp. 16, n. 58. — Salmant., tr. 17, de Voto, cap. 1, n. 145. — Croix, lib. 6, part. 2, n. 602. — <sup>1</sup> Lib. 1, diss. 4, cap. 8, num. 43. — Cajetan., Sum. v. Scrupulosorum medicina; et v. Confessio, condit. 5. — Navar., in can. Si quis autem, de poenit. dist. 7, n. 77. — Barthol. Medina, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 19, art. 6, i. f. — Becan., part. 2, tr. 1, cap. 4, qu. 10, num. 3. — Regin., lib. 2, n. 131. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 2, n. 611. — Stoz., lib. 1, part. 5, n. 207. — <sup>3</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 1, num. 24. — <sup>4</sup> De Sacram. Poenit., n. 489. —

477. — <sup>a)</sup> Silvester, v. Confessio II, qu. 2, negat in universum ad confessionem teneri eum qui probabiliter opinatur aliquid non esse mortale.

<sup>b)</sup> Correctio ista primum reperitur in quinta operis editione, anno 1763.

<sup>c)</sup> Id fere asserunt Cajetanus, Navarrus, Medina, Reginaldus, dicendo habendam esse pro certitudine probabilitatem, qua scrupulus ductus opinatur se peccatum jam esse confessum. — Henriquez autem (Croix enim

ibid. Sà<sup>d)</sup>, Stoz et alii, scrupulosum non teneri confiteri nisi quae potest jurare fuisse mortalia et nunquam dixisse. (Vide dicta de hoc, Lib. I, n. 16).

478. — Dubitatur 4<sup>o</sup>. *An qui confessus est aliquod peccatum mortale ut dubium, teneatur postea illud repetere quando uti certum agnoscit?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent Tamburinius<sup>e</sup>, Holzmann<sup>f</sup>; Sporer<sup>g</sup> cum Arriaga, Pellizzario, etc.; Escobar<sup>h</sup>; Elbel<sup>i</sup> cum Bosco, Stoz, Herincx, etc.; et huic patrocinatur Lugo<sup>j</sup>. — Ratio, quia, peccatum illud jam explicatum fuit, uti erat in conscientia tempore confessionis, jamque directe absolutum fuit.

Secunda vero sententia communis (quam sequimur) affirmat. Et hanc te-  
nent Busenbaum<sup>k</sup>, ut supra, n. 472, Bo-  
nacina<sup>l</sup>, Sanchez<sup>m</sup>, Roncaglia<sup>n</sup>, Conci-  
na<sup>o</sup>, Viva<sup>p</sup>, Diana<sup>q</sup> cum aliis communi-  
niter; Cardenas<sup>r</sup>, qui vocat oppositam improbabilem; et Lugo<sup>s</sup>, quamvis pri-  
mam sententiam tutatus fuerit, tamen sic concludit: *Caeterum, quia in re morali non est facile recedendum a communis sensu..., nolo ego in hoc punto aliquid definire, sed securiorem partem consulere.* — Ratio hujus sententiae est, quia, licet peccatum fuerit directe absolutum, non tamen fuit expositum uti erat in conscientia, (prout praecipit Tridentinum), nec explicata fuit substantia peccati, quae con-  
sistit in ejus cognita gravitate; ideoque

<sup>e</sup> Part. 3, cap. 8, num. 397. — Arriaga, de Poenit., disp. 31, sect. 6. — Peliz., tr. 5, cap. 3, n. 56. — <sup>f</sup> Lib. 15, n. 179. — <sup>g</sup> Confer. 7, de Peccat. dub., n. 167. — Bosco, de Poenit., disp. 7, sect. 8, num. 138. — Stoz, lib. 1, part. 5, num. 170. — Herincx, de Poenit., disp. 3, n. 50. — <sup>h</sup> Disp. 16, n. 78 et seqq. — <sup>i</sup> De Poenit., qu. 7, punct. 4, § 2, n. 15. — <sup>j</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, num. 69. — <sup>k</sup> Tr. 19, qu. 3, cap. 2, qu. 8. — <sup>l</sup> Loc. cit., cap. 8, n. 39. — <sup>m</sup> De Poenit., qu. 2, art. 3, n. 3. — <sup>n</sup> Part. 10, tr. 16, resol. 79. — <sup>p</sup> Cris., disp. 51, n. 6 et seqq. — <sup>q</sup> Disp. 16, n. 92.

citat Henriquez non Hurtadum), lib. 5, cap. 3, n. 4, scribit: «Scrupulosus... non est admittendus, ut saepe repeatat ea de quibus irripit scrupulus».

<sup>d)</sup> Quin etiam Sà, v. Dubium, n. 5, vide-  
tur prohibere hanc confessionem: «Ne con-  
fiteatur, inquit, nisi quae potest jurare et fuisse  
peccata mortalia, et se nunquam illa fuisse  
confessum».

478. — <sup>a)</sup> Textum Hermanni Busenbaum  
vide supra n. 472.

Confessus  
mortale ut  
dubium, ju-  
xta alios  
non tene-  
tur iterum  
confiteri si  
fuerit cer-  
tum.

Juxta com-  
munem et  
S. Docto-  
rem, tene-  
tur.

ad supplendam integratem confessionis, opus est illud ut certum manifestare.

Nec obstat id quod opponit Sporer, nempe quod si quis confiteretur forniciatum fuisse decies plus minus, si postea certo adverteret undecies peccasse, tene-  
retur iterum confiteri. Nam respondetur cum Roncaglia, Diana<sup>b)</sup> et aliis, quod dis-  
par currit ratio inter primum et secundum casum. — In hoc enim secundo casu non ita notabiliter judicium confessarii varia-  
tur sicut in primo. Nam hic error numeri moraliter non est circa substantiam; quia, juxta humanum modum loquendi, in numero decimo, addita illa dictione *plus minus*, moraliter includitur undecimus: et ideo sic habet communis praxis fide-  
lium, qui non putant se esse obligatos ad explicandum modicum numerum, quando illum cum incertitudine, dicendo *plus minus*, exposuerint. — In primo vero casu,

quando quis confessus est peccatum ut dubium, et deinde certum agnoscit, error est circa substantiam; quia in accusatione dubia nullo modo includitur certa, nec humano modo unquam dubia accusatio delicti tamquam certa accipitur.

Probabilissime autem dicunt Sanchez<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>3</sup> cum Suarez, Coninck, Nuñez, Dicastillo, Valero, Corduba, Victoria, etc. communissime, quod si quis confitetur peccatum quod nec ipse nec confessarius sciebat esse mortale, et postea novit esse mortale ex genere suo, non tenetur iterum illud confiteri<sup>c)</sup>.

Ratio, quia hoc casu jam poenitens exposuit confessario suum peccatum ut in sua conscientia erat tunc, et nunc est; et in praesenti nihil novi occurrit, nisi quod cognoscat nunc materiam illius peccati esse gravem, quod prius ne-  
sciebat.

## ARTICULUS II.

### QUANDO SUFFICIAT CONFESSIO INTEGRA FORMALITER.

479. *Quae sit integritas formalis; et quis censeatur physice impotens ad integratatem mate-  
rialem: — 1. Mutus. An hic teneatur confiteri scripto aut per signa. 2. Surdus.  
3. Ignarus idiomatici. An hic teneatur confiteri per interpretem. 4. Moribundus. —  
480. An absolvendus moribundus qui dat signa doloris sacerdoti praesenti, quin possit ullum peccatum explicare. — 481. An absolvendus infirmus sensibus destitutus, qui per testimonium adstantium ostendit desiderium absolutionis. An tunc absolutio danda sit absolute vel conditionate. — 482. Quid, si nullum dederit signum poenitentiae. — 483. Quid, si fuerit destitutus in actu peccati. — 484. Quando sufficiat inte-  
gritas formalis ob periculum mortis. — 485. An in periculo contagii possit confessarii absolvere auditio uno peccato. — 486. An, tempore conflictus vel naufragii. — 487. Quis censeatur moraliter impotens. Et quid, si peccatum non possit explicari sine violatione sigilli. — 488. Quinam igitur excusentur ab integratate materiali. — 489. An sit obligatio confidendi peccatum, si non possit dici sine infamacione complicitis. — 490. Ex quibus causis lecit manifestare complicem confessario qui eum noscit. — 491. Bulla Benedicti XIV prohibens exquirere a poenitentia nomen complicitis peccati. — 492. Sententia auctoris, quod hoc nullo casu erit licitum.*

Quando-  
que sufficit  
integratis  
formalis.

479. — « Resp. Etsi ad hoc sacramen-  
tum requiratur semper aliqua confessio,  
non tamen semper opus est ut ea sit

Sporer, part. 3, cap. 3, num. 448. — Roncagl., tr. 19, qu. 8, cap. 2, qu. 8. — <sup>1</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 69. — <sup>2</sup> De Poenit., qu. 7, punct. 4, § 2, n. 15. — <sup>3</sup> Tr. 6, cap. 9, n. 27. — <sup>4</sup> Suar., disp. 28, sect. 2, n. 17. — Coninck, disp. 6,

integra materialiter: modo sit talis for-  
maliter seu moraliter, id est quantum  
moraliter loquendo hic et nunc potest

dub. 5, num. 18. — Nuñez, Suppl., qu. 8, art. 5, dub. 4. — Dicast., disp. 10, dub. 12, n. 353 et 354. — Valer., v. Nuñez, differ. 6, num. 1 et 2. — Cordub., Sum. cas., qu. 9. — Victor., Sum., de Confess., n. 168.

<sup>b)</sup> Diana part. 10, tr. 16, resol. 79, mino-  
rem diligentiam ait requiri in aperiendo nu-  
mero quam in explicanda substantia peccati,  
ad quam refertur peccatum mortale, certum  
vel dubium.

<sup>c)</sup> Sanchez, Salmant., Coninck, Nuñez, Va-  
lerus et Corduba hanc sententiam ita limi-  
tant, videlicet: Nisi aliunde irrita esset con-  
fessio, ut si ex industria quaeaserit ignarum  
ac insufficientem confessarium. — Idemque  
indicat Suarez, disp. 22, sect. 6, n. 5. — Vic-  
toria autem eamdem sententiam hoc modo  
limitat: Nisi ignorantia esset de iis quae a  
paucis ignorantur.

Si post  
confessio-  
nem nosca-  
tur ut mor-  
tale, non  
iterum con-  
fitemur.

« fieri; etsi postea debeas, si possis, superplere defectum, non statim, sed quando rursum confiteri obligaberis aut voles.

« Porro, quando talis confessio sufficiat sequentes regulae docent:

« PRIMA. Quandocumque quis ad materialiter integre confitendum physicè est impotens, sufficit integritas formalis; quia praeceptum divinum non obligat ad impossibile. — Unde possunt in sequentibus casibus absolviri:

Mutus.

« 1º. *Mutus*; etsi unum tantum vel alterum peccatum per nutus significaverit: nisi tamen scripto possit confessario exhibere, ad quod tunc eum teneri probabilius est; ut communiter docetur, contra Cajetanum<sup>a)</sup>, Navarrum et alios.

Quaeritur: an mutus teneatur confiteri per scripturam, si aliter non possit?

Mutus, iuxta alios, non tenetur scripto confiteri.

*Prima* sententia negat; et hanc tenent Palaus<sup>1</sup>; et Sotus, Navarrus, Ledesma, Victoria, Valentia, Barbosa, etc., apud Salmant.<sup>2</sup> Quia, ut dicunt, modus sic confitendi semper est obnoxius periculo manifestationis.

*Secunda* vero sententia, probabilior et communior, affirmit. Et hanc tenent Lu-

<sup>a)</sup> *Navar.*, cap. 21, num. 36. — <sup>1</sup> Tr. 23, punct. 8, n. 11. — *Sotus*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 6, v. *Secundum membrum*, et v. *His autem*. — *Navar.*, loc. cit. — *Martin. de Ledesma*, 2<sup>a</sup> 4, qu. 8, art. 3, dub. 3. — *Victor.*, Sum. de Confess., n. 173. — *Valent.*, in 3<sup>a</sup> Part., disp. 7, qu. 11, punct. 1, v. *Eraueretis assertimus* 3<sup>a</sup>. — *Barbos.*, in cap. *Quem poenitet* 88, num. 3, de Poenit., dist. 1. — <sup>2</sup> Tr. 6, cap. 7, n. 17. — <sup>3</sup> Disp. 16, num. 87. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1194. — <sup>5</sup> De Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. ult., n. 6. — <sup>6</sup> Confer. 5, de Confess. sacram., num. 184. — *Hенно*, de Poenit., disp. 5, qu. 5, cond. 1. — *Clericat.*, de Poenit., decis. 22, n. 18. — <sup>7</sup> Tr. 19, qu. 3, cap. 1, qu. 7, resp. 2. —

479. — a) *Cajetanus*, v. *Confessio, condit.* 11, negat utique mutum teneri ad confitendum scripto; addit tamen illum qui est mutus non a nativitate et scit legere, nec potest alio modo confiteri, teneri unum folium habere in quo sunt peccatorum species descriptae, aliud in quo sit numerus peccatorum, etc. — Et idem tenet Henriquez, lib. 5, cap. 3, n. 8.

b) *Anacletus*, tr. 14, dist. 7, n. 38, dicit: « Teneri existimat Suarez, Vasquez..., etc., quamvis non desint qui... non improbabiliter oppositum defendant, absolute putantes mutum non obligari confiteri scripto».

c) *Fagundez*, citatus utique hic a Roncaglia, scribit, de 2<sup>o</sup> praec. Eccl., lib. 1, cap. 6, n. 9: « Certe hac de re opinio est pro utraque parte probabilis». Sed videtur propendere in sententiam quae affirmat teneri tem-

go<sup>8</sup>, Croix<sup>4</sup>, Anacletus<sup>b)</sup>, Bonacina<sup>5</sup>; Elbel<sup>6</sup> cum Henno, Clericato; et Roncaglia<sup>7</sup> cum Fagundez<sup>c)</sup>; et Salmant.<sup>8</sup> cum Vasquez, Becano, Turriano, Hurtado, Henriquez<sup>a)</sup>, Granado, etc., ex D. Thoma<sup>9</sup>. Ratio, quia qui tenetur ad finem tenetur etiam ad media non difficilia. — Id tamen intelligendum (ut bene advertunt Bonacina, et Salmant. cum Dicastillo), si in tali confessione per scripturam moraliter absit manifestationis periculum aut grave incommode.

Mutus autem non solum in periculo mortis tenetur sic confiteri, sed etiam tempore praecepti paschalis; ut merito docent Palaus<sup>d)</sup>, Laymann<sup>d)</sup>, Roncaglia<sup>10</sup>; et Salmant.<sup>11</sup> cum Cajetano<sup>a)</sup>, Navarro<sup>d)</sup>, Toletto<sup>d)</sup>, Soto<sup>d)</sup>, Sà<sup>d)</sup>, etc.

« 2º. *Surdus* qui non potest omnia exprimere<sup>e)</sup>. — Laymann<sup>12</sup>.

« 3º. *Ignarus idiomaticus*, tempore praecepti vel alterius necessitatis, etsi non integre intelligatur: si neque confessarius linguae gnarus neque interpres haberi possit; imo etsi adsit interpres: non enim tenetur per eum confiteri (ut docent Suarez, Vasquez, Diana), nisi

<sup>8</sup> Loc. cit., num. 16 et 17. — *Vasq.*, qu. 91, art. 4, dub. 5, num. 2. — *Becan.*, de Sacram., cap. 37, qu. 7, num. 2. — *Turriano*, de Poenit., disp. 32, dub. 2, v. f. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 8, diff. 4. — *Gran.*, in 3<sup>a</sup> Part., controv. 7, de Poenit., tract. 1, disp. 9, num. 4. — <sup>9</sup> In 4, dist. 17, qu. 3, art. 4, solut. 3, ad 2. — *Bonac.*, de Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. ult., num. 6. — *Salmant.*, tr. 6, cap. 7, num. 17. — *Dicast.*, disp. 7, dub. 14, num. 240. — <sup>10</sup> Tract. 19, qu. 3, cap. 1, qu. 7, resp. 2. — <sup>11</sup> Loc. cit., num. 17. — <sup>12</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 8, num. 9. — *Suar.*, disp. 36, sect. 6, num. 3 et seqq. — *Vasq.*, qu. 91, art. 4, dub. 3. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 129.

pore praecepti anni et in articulo mortis, eo quod hanc ultimo loco ponit n. 10, et respondeat n. 11 argumentis contrariae opinionis.

d) *Palaus*, loc. cit., n. 10; *Laymann*, lib. 5, tr. 6, cap. 6, n. 4; *Navarrus*, in can. Fratres, n. 89, de poenit., dist. 5; *Toletus*, lib. 3, cap. 6, v. *Primo*; *Sà*, v. *Confessio*, num. 13, obligant mutum ad confitendum nutibus tempore praecepti anni. — *Petrus de Soto*, de Confess., lect. 11, de Ratione secreti in Confess., dicit mutum videri obligatum ad confitendum scripto, si id potest absque periculo revelationis; sed addit non esse gravandum, « maxime in extremo periculo».

e) Intelligitur hoc de omnino surdis, quia surdastri debent adduci in aliquem remotum locum, ut eorum confessiones audiantur». Ita S. Doctor in Hom. apost., tr. 16, n. 35.

Probabiliter teneatur, secluso periculo vel extraordinario incommodo.

Tenetur in periculo mortis et in paschate.

*Ignarus idiomaticus*.

Moribundus usu linguae subito destitutus.

*Surdus*.

« forte in periculo mortis, in quo aliqua minor confiteri sufficiet. Vide card. de « Lugo<sup>1</sup>».

Sed etiam tempore mortis, probabile est eum non teneri<sup>f)</sup>, ut Salmant.<sup>2</sup> cum Cajetano, Soto, Palao, etc. Nisi infirmus dubius sit de contritione; ut Viva<sup>3</sup>. Sufficit tamen tunc dicere unum veniale. Salmant.<sup>4</sup> et Viva cum communi. — Quid, tempore pestis vel contagii? vide n. 485.

« 4º. *Moribundus* usu linguae subito destitutus, si petat absolvi ac det signa doloris, vel ante dederit coram aliis: modo id fecerit in ordine ad sacramentum, quod de quovis in eo statu praesumendum videtur. — Quo casu, si (saltem coram ipso infirmo) sive ab uno sive a pluribus mediatis vel immediatis testibus detur testimonium, sacerdotem non tantum posse, sed probabiliter etiam teneri absolvere (saltē sub conditione) docent Diana, et Lugo<sup>5</sup>, etc. ex multis aliis; item Bonacina, citans declarationem cardinalium pro se, et Praepositus<sup>6</sup>, etc.: eo quod sic et aegri necessitati, et reverentiae sacramenti consulatur. — Dixi: saltem; quia Tamburinius<sup>7</sup>, citans Coninck<sup>8</sup>, Praepositum et Lugonem, docet posse et debere absolves absolute, etsi sit absens qui de signo coram se dato testatus fuit.

Denique, si nullum signum dederit, nullo modo absolvendus est; cum actus judicialis non exerceatur nisi praeses serit accusatio. Licit enim recentiores quidam, ut Tamburinius<sup>8</sup>, citans Homobonum et Molfesium; item Philip-

<sup>1</sup> Disp. 15, n. 61 et seqq. — <sup>2</sup> Tr. 6, cap. 7, n. 21. — *Cajetan.*, v. *Confessio*, condit. 11. — *Sotus*, dist. 18, qu. 2, art. 6, v. *His autem*. — *Palaus*, tr. 23, punct. 8, n. 13. — <sup>3</sup> De Poenit., qu. 4, art. 3, n. 10. — <sup>4</sup> Tr. 6, cap. 7, n. 23. — *Viva*, de Poenit., qu. 4, art. 3, n. 10. — *Diana*, part. 3, tr. 3, resol. 7. — <sup>5</sup> Disp. 17, num. 39, v. *Merito*. — *Malder.*, de Sigillo Confess., cap. 15, v. *Coronidis loco*. — <sup>6</sup> Part. 4, tr. 4, resol. 92. — *Aversa*, qu. 10, sect. 18, v. *Ex adverso*. — <sup>7</sup> Sess. 14, de Poenit., can. 9. — <sup>8</sup> Disp. 17, sect. 3. — <sup>9</sup> Loc. cit., num. 11. — *Homob.*, Exam. eccles., tr. 7, cap. 18, qu. 84, v. *Propterea*. — *Molfe.*, part. 1, tract. 7, cap. 5, n. 48 et 49. — <sup>10</sup> Amic. fidel., part. 3, cap. 1, resol. 5. — <sup>11</sup> Sum., part. 1, cap. 35, n. 7. — *Barthol.* a. S. *Fausto*.

f) Ratione nempe praecepti divini, ut notant Salmant. et Palaus.

g) Coninck, disp. 7, dub. 10, n. 99, quidquid dicat Tamburinius, loquitur dumtaxat de casu quo testis praesens est.

« pus Servius<sup>9</sup>, Antonius de Litteratis<sup>10</sup>, Bartholom. de S. Fausto, etc. censeant posse, imo debere absolyi sub conditio-

ne, dummodo alias probe et christiane vixerit, eo quod praesumi possit interius elicuisse contritionem, idque Diana<sup>11</sup> ex aliis duodecim judicet probabile: ab aliis tamen merito rejicitur, ut Suálio, Vasquez, Coninck, Mercero, card. de Lugo<sup>12</sup>, Maldero, etc., ipsoque Diana<sup>13</sup> et aliis duodecim apud Aversa; quia deest omnis externa confessio, quam esse partem essentiali hujus sacramenti constat ex Tridentino<sup>14</sup>, et ex nullo signo rationabiliter praesumi potest, ut suppono. Vide card. de Lugo<sup>15</sup>, Aversa<sup>16</sup>, ubi notat, absolutionem, quae iis qui inscripti sunt in societatem Rosarii solet in infirmitate impendi sine omni confessione, non dari tamquam sacramentalem, nec in ordine ad conficiendum sacramentum, sed ad indulgentiam et remissionem poenae consequentiam.

480. — Circa absolutionem moribundo impertiendam plura sunt notanda.

Et primo certum est quod moribundus qui signa dat poenitentiae sacerdoti praesenti absolute est absolvendus. Et expedit illum toties absolves, quoties nova ipse praestat signa doloris<sup>a)</sup>. — Tamburinius<sup>17</sup>, et auctor de *Officiis Confessariorum* (insertus in opere Lacroix) cum Laymann et Lugo.

Objiciunt Sotus<sup>b)</sup>, Canus<sup>b)</sup> ac Ledesma<sup>b)</sup>, et dicunt: Si deficit materia, ubi cadet absolutio? Non cadet quidem (ut

Dans signa poenitentiae sacerdoti praesenti, absolute absolvendus.

Objectio ex defectu materiae.

Responde-

ajunt) directe super peccata infirmi, alias ipse non teneretur postmodum ea confiteri; non indirecte, cum nullum peccatum explicetur et directe absolvatur. — Resp. quod absolutio cadet directe super omnia peccata illius sub ratione generica peccati (ut accidit in naufragio, bello, etc.); talis autem confessio in casu nostro satis habetur in illo signo praestito doloris sive in petitione absolutionis; his enim actibus infirmus jam se peccatorem fatetur: indirecte autem super peccatis particularibus, et ideo poenitens tenet postea illa in particulari explicare. — Falsum autem est dicere quod absolutio tunc ferretur causa incognita; quia potius dicendum quod eo casu fertur causa cognita meliori modo quo potest, licet non plene cognita, ut ait Croix<sup>1</sup>. Et hoc est certum ex mox dicendis.

**481.** — Dubitat<sup>1</sup>. *An possit impertiri absolutio moribundo sensibus destituto, qui per testimonium adstantium desiderium ostendit absolutionis, dando signum doloris vel absolutionem postulando?*

Negant pariter Canus<sup>a)</sup>, Ledesma<sup>a)</sup>, et Alvarez, Tamburinius, etc. apud Diana<sup>2</sup>.

Sed oppositum omnino affirmandum cum sententia communi: quam tenent Suarez<sup>3</sup>, Toletus<sup>4</sup>, Laymann<sup>5</sup>, Lugo<sup>6</sup>, El-

<sup>1</sup> Id est Auctor de Offic. Confess., sect. 1, qu. 31. — *Didac. Atuare*, Disp. theol. in 1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, disp. 80, num. 41, ad 1. — *Turrian.*, de Poenit., disp. 32, dub. 4. — <sup>2</sup> Part. 3, tr. 3, resol. 4. — <sup>3</sup> Disp. 2, cap. 1, n. 12, v. *Atque ex hac*. — <sup>4</sup> Lib. 8, cap. 8, n. 2. — <sup>5</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 8, n. 4. — <sup>6</sup> Disp. 17, sect. 4 et 5, a n. 44. — <sup>7</sup> Confer. 8, de Integrit. Confess. in moribund., n. 201. — <sup>8</sup> Lib. 1, diss. 4, cap. 10, n. 1. — <sup>9</sup> De Poenit., n. 595, v. *Resp.* 2. — <sup>10</sup> Tr. 8, disp. 6, qu. 1, a n. 4. — <sup>11</sup> Auctor de Officis confessor., ap. Croix, sect. 1, qu. 32. — <sup>12</sup> Tr. 6, cap. 8, n. 148. — <sup>13</sup> Silvest., v. *Confessor III*, num. 16, qu. 13. — <sup>14</sup> Tolet., lib. 3, cap. 8, n. 2. — <sup>15</sup> Lugo, disp. 17, a n. 44. — <sup>16</sup> Valent., in 3<sup>o</sup> Part., disp. 7, qu. 11,

qu. 9, art. 5, dub. 2, v. *His tamen non obstantibus*, alio modo objiciunt.

**481. — a)** Canus, loc. cit.; Martin. de Ledesma, loc. cit., censentur a fortiori hoc negare, cum absolute negent posse absolviri eum qui signa doloris tantum ostendit, sed confiteri non potest.

**b)** Bellarminus, de Poenitentia, lib. 2, cap. 7, obj. 6, i. f., quidquid dicat Dicastillus (a quo Salmant. citationem mutuari sunt), de testibus non loquitur, sed haec dumtaxat habet: « Qui signa doloris ostendunt, etiam si forte loqui nequeant, recte in Ecclesia absoluntur ».

bel<sup>7</sup>, Concina<sup>8</sup>, Holzmann<sup>9</sup>, Moya<sup>10</sup>, Auctor apud Croix<sup>11</sup>; Salmant.<sup>12</sup> cum Bellarmino<sup>b)</sup>, Silvestro, Paludano<sup>c)</sup>, Toledo, Lugo, Valentia, Suarez, Vasquez, Laymann, Sà<sup>d)</sup>, Gonet et aliis pluribus communiter. — Id tenent etiam Scotus<sup>e)</sup> apud Ludovicum Caspensem<sup>e)</sup>, et S. Thomas<sup>13</sup>, ubi sic ait: *Si... infirmus qui petit Unctionem amisit notitiam vel loquelam antequam sacerdos veniret ad eum..., ungat eum sacerdos; quia in tali casu debet etiam baptisari et a peccatis absolviri.* Idem sentit S. Antoninus, cujus verba referuntur in Sacerdotali Romano (apud Lugo<sup>14</sup>), ubi dicitur: *Infirmus..., etiamsi malus et obstinatus diu perseverans in peccatis... et diu non confessus, si petuit sacerdotem ut confiteretur, ostendit se velle facere omnia quae debet, et interea factus est mutus vel phreneticus, et periculum est in mora, debet praesupponi contritus, et faciente aliquo confessionem generalem pro eo..., sacerdos faciat absolutionem ab omni sententia et peccato.*

Probatur ex concilio Arausican<sup>15</sup>, ubi sic habetur: *Subito obmutescens... poenitentiam accipere potest, si voluntatis aut praeteritiae testimonium aliorum verbis habeat, aut praesentis in suo nutu.* — Item, ex concilio Carthaginensi III<sup>16</sup>, ubi: *Aegro-*

punct. 1, assert. 6, v. *Primus casus*. — *Suar.*, disp. 23, sect. 1, n. 12 et 13. — *Vasq.*, qu. 91, art. 2, dub. 1, a n. 3; et in 1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, disp. 62, cap. 7, n. 40. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 8, n. 4. — *Gonet*, Cyp., de Poenit., disp. 12, a n. 74. — <sup>12</sup> Opusc. 65, § de Sacr. Unctionis, i. f. — <sup>13</sup> Disp. 17, n. 36, cfr. Sacerdotale Roman. 1579, tract. de Poenit., cap. 26; cfr. etiam S. Anton. Confessionale seu Sum. *Defecurunt*, part. 3 Interrogator., cap. 17, de Infirmis. — <sup>14</sup> Concil. Arausic. I, anno 441, cap. 12, ap. Labbe, tom. 4, col. 708 et seq.; cfr. Decr. Gratiani, can. *Qui recedunt* 7, caus. 26, qu. 6. — <sup>15</sup> Concil. Carthag. nomine III, (ordinis tempore secundum), anno 397 celebratum, cap. 34, ap. Labbe, tom. 2, col. 1404.

<sup>c)</sup> Paludanus, in 4, dist. 21, qu. 2, art. 2, concl. 2, n. 9, pariter a Salmant. ex Dicastillo hic allegatus de peccatis oblitis dumtaxat loquitur: « Confessio generalis, inquit, valet ad dimissionem culpe mortalis oblita... sed tunc oportet quod sit sacramentalis ». Cfr. etiam dist. 17, qu. 2, art. 1, n. 8, ubi eadem tenet.

<sup>d)</sup> Sà, v. *Absolutio*, n. 11, (in edit. genuina), idem habet ac Bellarminus.

<sup>e)</sup> Scotus, in 4, dist. 17, § *Ad argumenta*, v. *Ad aliud*, id non habet; nec reperi potui apud Caspensem, de Poenit., disp. 4, sect. 22, ejus allegationem.

tantes, si per se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium, hi qui sui sunt, periculo proprio dixerint, baptizentur. Similiter et de poenitentibus agendum est<sup>f)</sup>. Rursus, concilium Carthaginense IV<sup>1</sup> sic statuit: *Is qui poenitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, et accipiatur poenitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem et infundatur ori eius Eucharistia.*

Probatur etiam ex S. Leone Papa<sup>2</sup>, ubi sancivit: *Si aliqua vi aegritudinis ita fuerint aggravati, ut, quod paulo ante poscebant, sub praesentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul et poenitentiae et reconciliationis beneficium consequantur.*

Probatur etiam ex Rituali Romano<sup>3</sup>, ubi: *Quod si inter confitendum vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loqua aegro deficiant, nutibus et signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata poenitentis cognoscere; quibus utcumque vel in genere vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se sive per alios ostenderit, absolvendus est.* — Perperam autem opponunt adversarii hoc Rituale Romanum fuisse ab aliquo privato doctore conjectum, et si approbante Pontifice; unde dicunt non exceedere privatam auctoritatem, cum non habeat auctoritatem, sed tantum approbationem pontificiam. Verum recte eos confutant Lugo<sup>4</sup> et Diana<sup>5</sup>. Nam Paulus V in bulla exprimitur, cap. 34, ap. Labbe, tom. 2, col. 1404.

<sup>1</sup> Concil. Carthag. IV, anno 398, cap. 76; ap. Labbe, loc. cit., col. 1443; cfr. can. *Is qui 8*, caus. 26, qu. 6. — <sup>2</sup> Epist. 108 (al. 88), ad Theodor., cap. 5, i. f.; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 54, col. 1018 et seq. — <sup>3</sup> Tit. 3, de Sacr. Poenit., cap. 1, § Ordo ministrandi, n. 24. — <sup>4</sup> Disp. 17, num. 48. — <sup>5</sup> Part. 3, tract. 3, resol. 4, v. *Ad tertium*. — <sup>6</sup> Paulus V, brev. Apostolicæ Sedi, de die 17 Junii 1614. — <sup>7</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1157 et 1159. — <sup>8</sup> Lugo, disp. 17, n. 81 et seq. — <sup>9</sup> Dicast., disp. 9, dub. 2, num. 843 et 845. — Clem. VIII, const. 87 *SSimus Dominus noster*, de die 20 Junii 1602, in Bullar. Cherubini; in Bullar. vero Maiorandi, const. 282. — <sup>10</sup> Disp. 7, num. 105; et Respons. ad dissent. impugn. absolutionem moribundi sensib. destit., num. 67 et post num. 71. — <sup>11</sup> Tom. 4, disp. 6, qu. 9, dub. 1, num. 16. — <sup>12</sup> Confer. 8, de Integrit. Confess. in moribund., n. 207. — <sup>13</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 10, n. 8.

<sup>f)</sup> Ultima verba: *Similiter et de poenitentibus agendum est*, quamvis habeantur in can. Aegrotantes 77, de consecr., dist. 4, non tam reperiuntur in cap. 34 concilii Carthaginensis, edit. Mansi; sed adduntur in editione Harduini, ex Gratiano tamen, ut ex nota marginali colligere licet.

S. ALPHONSI, *Opera moralia*, — Tom. III.

Absol-  
vendus, etsi  
ad est uni-  
cus testis et  
mediatus.

Non obstat  
decretum  
Clementis  
VIII.

Communi-  
nius docent  
absolven-  
dum abso-  
lute.

<sup>g)</sup> Petrus Lombardus, archiepiscopus Armacanus.

<sup>h)</sup> Suarez, « per literas 9 octobr. 1610, Co-  
nimbricae datas », ut ait Tanner. Cfr. Opuscula inedita Suarii, curante Malou, *Tract. de Confessione peccatorum ab ipso poenitente facienda*, cap. 1, n. 24.

tur. Ita etiam Lugo<sup>1</sup>; Sporer<sup>2</sup> cum Vasquez, Filliuccio, etc. Et idem sentit Viva<sup>3</sup>, dicens quod in casu necessitatis (alias semper quaerenda est certitudo moralis) sacramenta absolute sunt administranda, semper ac habetur probabilitas de materia: conditionate vero, ubi habetur tantum dubium prudens. — Sed Croix, quamvis idem asserat<sup>4</sup>, scilicet quod absolutio danda est absolute cum habetur probabilitas de materia; in praesenti falso casu<sup>5</sup>, dicit absolutionem dandam esse conditionatam. Et idem censem Wiggandt<sup>6</sup>, Bonacina<sup>7</sup>; et Suarez<sup>8</sup> cum Angelo<sup>9</sup>, Silvestro<sup>10</sup>, S. Antonino<sup>11</sup> et communis (ut ipse asserit). Et hoc tutius videatur, praecipue ubi prudenter de signis datum dubitatur, ut de facili dubitari potest, praesertim si infirmus sit rusticus.

482. — Dubitatur<sup>12</sup>. *Quid, si nullus adsit testis de signo poenitentiae praestito ab aegroto, et aeger sensibus destitutus nullum pariter det signum; an hic absolvit possit?*

*Prima* sententia negat; et hanc te-

Naldo, etc. — Ratio brevis, sed valde urgens, est: quia tunc deest materia sacramenti, quae debet esse sensibilis.

*Secunda* vero sententia communior affirmit posse et debere absolveri, dummodo infirmus christiane vixerit<sup>13</sup>. Et hanc tenent Merbesius<sup>14</sup>, Morinus<sup>15</sup>, Genettus<sup>16</sup>, Holzmann<sup>17</sup>, Sporer<sup>18</sup>, Elbel<sup>19</sup>, Viva<sup>20</sup>, Salmant.<sup>21</sup>, Tamburinius<sup>22</sup>; Croix<sup>23</sup> cum Cardenas. Et probabilem putat Concina<sup>24</sup> cum Salmeron<sup>25</sup>, Juenin, Pontio, Vanroy, Raynaud<sup>26</sup>, Henrico a S. Ignatio, Machado, Pellizzario, etc., quos citat. — Idem docet D. Antoninus, cujus verba adducuntur in citato Sacerdotali romano (apud Lugo<sup>27</sup>), ubi dicuntur: *Infirmus qui amisit loquellum vel usum rationis, si bene vivebat..., quamvis non petierit sacramenta, quia ex insperato talia acciderunt..., debet praesupponi contritus; et... sacerdos faciat absolutionem ab omni sententia et peccato<sup>28</sup>.*

— Id clare confirmatur a D. Augustino<sup>29</sup>, ubi habetur: *Catechumenis... in hujus vitae ultimo constitutis, si morbo seu casu aliquo sic oppressi sint, ut... petere... Baptismum... non possint, prosit eis quod eorum in fide christiana jam nota voluntas est, ut eo modo baptisentur quo... baptizantur infantes, quorum voluntas nulla*

Tutius ab solvendus conditiona te.

Sin nullum detur si gnum, alii negant pos se absolv.

<sup>1</sup> Disp. 17, n. 90. — <sup>2</sup> Part. 3, cap. 5, n. 640. — <sup>3</sup> Vasq., num. 91, art. 2, dub. 1, n. 1, 3 et 39. — <sup>4</sup> Fill., tr. 7, cap. 5, num. 121. — <sup>5</sup> Append. ad propos. damn., § 11, v. *Dicendum* 5<sup>o</sup>. — <sup>6</sup> Tr. 6, cap. 8, num. 154 et 157. — <sup>7</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 10, num. 11. — <sup>8</sup> Lib. 6, part. 2, num. 1162. — <sup>9</sup> Carden., Cris. 1, disp. 48, num. 5. — <sup>10</sup> De Poenit., lib. 1, diss. 4, cap. 10, num. 4 et 15. — <sup>11</sup> Juen., Comment. de Sacram., diss. 6, qu. 7, cap. 4, art. 4, § 3, i. f. — <sup>12</sup> Joan. Pont., disp. 46, concl. 5. — <sup>13</sup> Vanroy, de Poenit., cap. 9, qu. 3. — <sup>14</sup> Henric. a S. Ign., lib. 5, de Poenit., cap. 197, a n. 2404. — Machado, lib. 2, part. 4, tr. 5, docum. 5, n. 4 et 5. — <sup>15</sup> Pell., tract. 5, cap. 3, num. 60; et tract. 8, cap. 3, n. 114. — <sup>16</sup> S. Anton., Sum. *Defecerunt*, 3 P. Interrogator., cap. 17, de Infirmis. — <sup>17</sup> Disp. 17, n. 36. — <sup>18</sup> De Conjug. adult., lib. 1, cap. 26, n. 83; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 40, col. 469.

<sup>19</sup> Angelus, Silvester et S. Antoninus a Suarez allegantur pro illa tantum parte qua docetur absolveri posse.

482. — <sup>a</sup> Multi ex auctoribus hic citatis, tam pro prima quam pro secunda sententia, non loquuntur de testis carentia, sed absolute querunt de eo qui nulla signa dedit poenitentiae.

<sup>b</sup> Conditionem istam non requirunt Merbesius, Morinus, Holzmann, Elbel, Cardenas, Pontius.

<sup>c</sup> Raynaudus, quidquid dicat Concina, tenet oppositum in *Heteroclit. spiritual.*, sect. 1,

punct. 9, n. 17; et in *Diss. de Confess. epistol.*, cap. 10. — Salmeron autem his verbis citatur a Molfesio, *Sum.*, part. 1, tr. 7, cap. 5, n. 48, a quo allegatio desumpta videtur: «Et hanc opinionem, ut mihi retulit noster D. Gabriel Lottherius, vir magnae eruditiois, Romae secuti fuerunt ipse, ac Franciscus Suarez et Pater Salmeronus Societatis Jesu, et Pater Lupus Capucinus».

<sup>d</sup> Textus iste hic desumitur ex Lugo; in *Sacerdotali vero Romano*, de Poenit., cap. 26, et apud S. Antoninum fere concordat, et paulo dumtaxat diversus legitur.

Communi-  
posse et de-  
bere absolu-  
vi, si chri-  
stiane vi-  
xit.

Responde-  
tur obje-  
ctioni ex de-  
fectu mate-  
riae sensi-  
bilis.

*adhuc patuit... Etiamsi voluntas ejus incerta est, multo satius est nolenti dare quam volenti negare, ubi velit an nolit sic non appetat.* Deinde pergit S. Doctor<sup>1</sup>, et docet eamdem rationem esse habendam Baptismatis et Poenitentiae, dicens: *Quae autem Baptismatis, eadem reconciliationis est causa, si forte poenitentem finienda vitae periculum praecupaverit; nec ipsos enim ex hac vita sine arrha suae pacis exire velle debet Mater Ecclesia.*

Sed dices: Ubi hic habetur materia sacramenti (nempe confessio et contritio) quae debet esse sensibilis?

Respondent Genettus et Juenin quod si in peccatore moribundo, ut diximus, signum simplex doloris datum efficiat ut ipse presumatur dispositus, quanto magis id efficiet bona vita anteacta? — Sed haec responsio non satisfacit. Nam ad imperitiandam absolutionem non sufficit presumptio doloris interni, sed requiritur externa manifestatio peccatorum: qua deficiente, deficit materia sacramenti. — Nec satisfacit alia responsio Juenin, nempe quod actus poenitentis, juxta scotistas et alios, non sunt materia *ex qua* constat sacramentum Poenitentiae, sed tantum materia *circa quam*, hoc est dispositio ad recipiendum sacramentum; dispositio autem non debet necessario esse sensibilis. Nam huic obstat quod hoc sacramentum fuit a Christo Domino (ut docet Tridentinum) institutum in modum judicii; unde omnino requiritur peccatorum accusatio saltem generica, ut sententia absolutionis proferri possit.

Melius igitur respondent Viva<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>3</sup> cum Aversa, Molfesio et aliis, quod

<sup>1</sup> Loc. cit., cap. 28, n. 35; ap. Migne, loc. cit., col. 470. — Genett., de Sacr. Poenit., cap. 12, qu. 5, v. *Et ratio est.* — Juen., Instit., de Poenit., cap. 5, art. 6, qu. 1, v. *Proferunt tertio.* — Juen., loc. cit., v. *Proferunt quartu;* et Comment. de Sacr., diss. 6, qu. 7, cap. 4, art. 4, § 3, v. f. — Trident., sess. 14, de Poenit., cap. 2. — <sup>2</sup> Append. ad propos. damn., § 11, v. *Dicendum quinto.* — <sup>3</sup> Tr. 6, cap. 8, n. 154 et 155. — Aversa, qu. 10, sect. 18, v. *At in casu.* — Molfes., part. 1, tr. 7, cap. 5, num. 49 et 50. — Genet., loc. cit., cap. 12, qu. 6. — Petracor., de Poenit., cap. 7, qu. 10, i. f. — Salmant., loc. cit., num. 154, 155

<sup>e</sup> Navarrus, in cap. Inter verba, coroll. 53, n. 599 (al., num. 135); et Sotus, de Secreto,

eo casu bene adest prudens dubium quod moribundus vel ante destitutionem novabit suae damnationis periculum, vel post destitutionem ad illud advertat in aliquo lucido intervallo: in quo praesumitur velle et petere absolutionem signis vere sensibilibus, nempe per suspitia, motus corporis, saltem per anxiā respirationem; quamvis tunc ista signa confessarius non percipiat. Sufficiunt enim talia signa in tanta necessitate, saltem ex prudenti dubio praesumpta, ad dandam absolutionem *sub conditione*. (Quidquid dicat Genettus dandam esse absolute; cum enim nullum signum certum adsit, bene advertunt Petracorensis et Salmant., Sporer, Holzmann, Croix, Elbel, Viva, etc., absolutionem omnino praestandam esse sub conditione, quae sacramenti injuriam reparat, si forte desit materia sacramenti).

Haec sententia est satis probabilis, non solum extrinsece ex auctoritate tot gravium auctorum, sed etiam intrinsece, saltem ob rationem quia in casu extremae vel urgentis necessitatis licitum est uti materia dubia, ex principio maxime apud theologos probato, ut ait Juenin<sup>4</sup>. Hoc casu enim possumus uti opinione adhuc tenuis probabilitatis; ut recte ajunt Sanchez<sup>5</sup>, Viva<sup>6</sup>; et Croix<sup>7</sup> cum Gobat; et fuse probat Cardenas<sup>8</sup> cum Navarro<sup>9</sup>, Soto<sup>10</sup> et Filguera. Ratio, quia necessitas efficit ut liceat possit ministrari sacramentum sub conditione in quocumque dubio; per conditionem enim satis reparatur injuria sacramenti, et eodem tempore satis consultur salutis proximi.

Et maxime hic advertendum quod sacerdos, quando potest, tenetur sub gravi absolvere infirmum; ut dicunt Mazzotta<sup>11</sup>:

Sed abs-  
vendus sub  
conditione.

Sententia  
satis proba-  
bilis etiam  
intrinsece.

Quoties  
sit absolu-  
vendus de-  
stitutus  
sensibus.

et Suarez, Vasquez, Coninck, Silvius, Cajetanus<sup>f)</sup> cum communi, apud Viva<sup>1</sup>; utque colligitur ex can. *Si presbyter*, ubi dicitur: *Si presbyter poenitentiam morientibus abnegaverit, reus erit animarum.* — Bene tamen advertit hic Roncaglia<sup>2</sup> non esse saepius absolwendum moribundum [sensibus] destitutum intra breve spatium temporis sine novo signo certo, nisi bis vel ter, servata proportionata distantia; quia revera tunc cessat necessitas quae adfuit in antecedentibus absolutionibus praestitis. Secus vero dicendum, si destinatio perseverat per longum tempus<sup>g)</sup>.

**483.** — Dubitatur 3°. *An possit absolviri qui fuerit sensibus destitutus in actu peccati, puta adulterii, duelli?*

Negant Genettus<sup>a)</sup>, Habert<sup>3</sup>, Juenin<sup>4</sup> et Concina<sup>5</sup>.

Sed affirmant Holzmann<sup>6</sup>, auctor *de Officiis Confessoris*<sup>7</sup> (apud Croix); et probabilem putat Elbel<sup>8</sup> cum Pontio<sup>b)</sup>, Cardenas, Gormaz et Stoz. — Hi dicunt tandem infirmum etiam absolwendum esse sub conditione: modo constet fuisse catholicum<sup>c)</sup>. Hacque opinione dicunt Merbesius<sup>d)</sup> et Dupasquier<sup>e)</sup>, quemlibet sacerdotem posse uti, saltem apposita conditione; probatque Merbesius auctoritate D. Augustini<sup>10</sup>, qui dicit: *Ego non solum alios catechumenos, verum etiam ipsos*

<sup>1</sup> *Suar.*, de Poenit., disp. 23, sect. 1, num. 15, v. *Quod autem.* — *Vasq.*, de Poenit., qu. 91, art. 2, dub. 1, n. 38. — *Coninck*, disp. 7, n. 106. — *Silvius*, Suppl., qu. 9, art. 2, qu. 4 (edit. Antverp. 1622). — <sup>1</sup> Append. ad propos. damn., § 11, v. *Dicendum ultimo.* — *Can. Si presbyter* 12, caus. 26, qu. 6. — <sup>2</sup> Qu. 8, cap. 3, reg. in praxi, num. 5. — <sup>3</sup> *De Poenit.*, cap. 11, § 8, qu. 4. — <sup>4</sup> *Instit.*, de Poenit., qu. 6, cap. 5, art. 6, concl. 2. — <sup>5</sup> *De Poenit.*, lib. 1, diss. 4, cap. 10, num. 16 et 17. — <sup>6</sup> *De Poenit.*, num. 594, v. f. —

*qui viventium conjugiis copulati retinent adulterina consortia... si desperati et intra se poenitentes<sup>c)</sup> jacuerint, nec pro se respondere potuerint, baptizandos puto... Quis enim novit, utrum fortassis adulterinae carnis illecebra usque ad Baptismum statuerant detineri?... Quae autem Baptismatis, eadem reconciliationis est causa, si forte poenitentem finienda vitae periculum praecoccupaverit.*

Objicit Petrocorensis S. Doctorem loqui hic de eo tantum qui signum dederit poenitentiae: quod infert ex illis verbis: *si intra se poenitentes jacuerint*; unde (dicit) supponitur quod tales poenitentes jam aliquod suae poenitentiae signum dederint, alias quomodo possent nosci intra se poenitentes? — Recte respondet Merbesius quod illud *intra se poenitentes* non debet intelligi absolute, sed dubitanter, nempe si forte poenitentes jacuerint: et hoc fit manifestum ex verbis sequentibus S. Doctoris: *Quis enim novit utrum fortassis adulterinae carnis illecebra usque ad Baptismum statuerant detineri?* Cum ergo D. Augustinus dixerit: *Quis enim novit,* supponit hujusmodi peccatores nullum conversionis signum praebuisse; alias jam notum esset ipsos statuisse adulterina consortia non detinere. — Et haec sententia satis probabilis mihi est ob eamdem ra-

Dificultati  
satisfit.

Secus, pro  
haeretico.

Imminente  
periculo vi-  
tae, sufficit  
integritas  
formalis.

Opinio sa-  
tis probabi-  
lis.

nit ex Holzmann, ut inferius patebit ex ipso textu S. Doctoris.

<sup>d)</sup> Merbesius, de Poenit., qu. 85, concl. 2, v. *Summa*, id dicit de christianis « non admodum bonis, id est devinctis vel uno lethali flagitio, vel pluribus, nondum tamen in protatulo positis ». Ceterum *concl. 6*, in nostro praesenti casu negat posse dari absolutionem.

<sup>e)</sup> De his verbis, quae in editione Maurina operum S. Augustini desiderantur, editores scripserunt: « *Hic... post tamen si desperati in iis [editis] legebatur et intra se poenitentes;* quae verba veterum librorum auctoritate expunimus ». Vide Migne, *Patrol. lat.*, tom. 40, col. 470.

**483.** — <sup>a)</sup> Genettus a fortiori hoc negare debet, cum cap. 12, qu. 5 et 6, neget posse dari absolutionem moribundo sensibus destituto, qui luxuriose nimiaque licentia semper vixerit.

<sup>b)</sup> Joannes Pontius, *Curs. theolog.*, disp. 46, n. 95, loquitur de eo « qui ante scelerate vi-  
veret », de quo eodem loco tractat Elbel.

<sup>c)</sup> Hanc conditionem S. Alphonsus appro-

tionem quae adducta est in praecedenti Dubio. — Si enim licite absolvit et debet aegrotus sensibus destitutus qui nullum dederit poenitentiae signum, si christiane vixerit, eo quod de ipso prudenter praesumi potest quod in extremo vitae, si aliquod lucidum intervallum habet, velit absolutionem sacramentalem recipere; sic etiam potest et debet absolvit (intellige semper sub conditione) homo catholicus, etiamsi in actuali peccato sensibus destituatur: pro hoc enim etiam merito praesumi potest quod ipse, in proximo periculo suae damnationis constitutus, cupiat omni modo suae aeternae salutis consulere.

Dixi: *homo catholicus*; nam secus dicendum de *haeretico*, ut recte advertit Holzmann<sup>1</sup>. Haeretici enim, etiamsi in eo casu dent signa poenitentiae, non debent absolvit, nisi expresse absolutionem petant; quia tales nunquam prudenter praesumi valent ea signa praebere in ordine ad confessionem, a qua summopere abhorrent.

**484.** — « SECUNDA. Quando vel poenitenti, vel confessario imminet periculum vitae, quod nec illum integre confiteri, nec hunc audire patiatur, sufficit inter gritas formalis. Ratio, quia tunc materialis non est possibilis moraliter. — Quod valet sequentibus casibus:

« <sup>1</sup> 1°. Si poenitens, v. gr. infirmus, uno altero peccato dicto, deficiat, vel sit grave periculum ne deficiat.

« <sup>2</sup> 2°. Si infirmus volens confiteri, dum ei fertur viaticum deprehendatur multas confessiones fecisse invalidas, et gravitas morbi non patiatur dilationem absolutionis. Granado<sup>a)</sup>, Zambranus, Dia- na<sup>b)</sup>. [Vide dicta n. 260].

« <sup>3</sup> 3°. Si ipse sacerdos in periculo con-

<sup>1</sup> *De Poenit.*, num. 594, i. f. — *Zambran.*, Decis. cas. tempore mortis, cap. 4, de Poenit., dub. 6, n. 6. — <sup>2</sup> *De Poenit.*, lib. 1, diss. 4, cap. 9, num. 2. — <sup>3</sup> *Tr. 13*, num. 102, v. *Resp. 3*, sub n. 6. — <sup>4</sup> *De Poenit.*, sect. 15, num. 3. —

**484.** — <sup>a)</sup> Jacobus de Granado, *in 3 P., controv. 7, de Poenit.*, tr. 9, disp. 5, n. 20: « In articulo mortis, inquit, si prudenter timetur defuturum tempus ad omnia peccata confitenda, satis esse dicere aliqua, ut statim poenitens absolvatur; tunc autem declaran-

titutus, videatur ante moritrus quam poenitens absolvatur ».

**485.** — « 4°. Si tempore pestis prudenter tum judicio moraliter certum periculum sit ne confessarius inficiatur: qui si tamen totam audire velit, tenebitur ad eam poenitens ».

Similiter docet Concina<sup>2</sup>, Wigandt<sup>3</sup>, Abelly<sup>4</sup>; Bonacina<sup>5</sup> cum Vasquez, Coninck, etc., quod, quando infirmus laborat morbo contagioso, et confessarius nequit absque periculo, etiam a longe, ipsum audire diutius immorando; tunc confessarius, auditio aliquo peccato, potest eum statim absolvire. — Sic etiam probabiliter excusat Roncaglia<sup>6</sup> a confessione materialiter integra, si haec sit valde prolixa cum gravi nota poenitentis, dum urgeat necessitas communicandi vel celebrandi, et non suppetat tempus. — Ceterum, minime quidem est excusandus is de quo ob prolixitatem confessionis facile alii suspicarentur ipsum multis esse culpis gravatum.

**486.** — « 5°. Si immineat conflictus, vel sit multitudo moribundorum (v. gr. in naufragio), nec possint omnes audiri. In quo casu possent etiam omnes simul, dicto uno peccato quod minus infamat (vel etiam secundum quosdam, si aliter fieri non possit, dicendo in genere esse peccatores) absolvit, dicendo: *Ego vos absolvo, etc.* Vide Sà<sup>7</sup> et Coninck<sup>8</sup>. — (Non erit autem impotentia sufficiens, si multus fuerit ad eumdem confessarium concursus; ut volebat propositio 59, inter damnatas ab Innocentio XI).

**487.** — « TERTIA. Quando ex confessione ne certi peccati vel circumstantiae timeatur merito grave damnum proprium vel alienum, sive confessarii sive alterius, corporale vel spirituale, potest id reti-

In timore  
gravidam-  
ni.

<sup>6</sup> Qu. 5, sect. 2, punct. 2, § 4, n. 13. — *Vasq.*, qu. 91, art. 2, dub. 2, num. 2. — *Coninck*, disp. 7, num. 75, v. *Quinto*. — <sup>7</sup> *Tr. 19*, qu. 3, cap. 3, qu. 1, resp. 2, v. *Plura afferunt*. — <sup>8</sup> *V. Absolutio*, n. 9 (al. n. 10). — <sup>9</sup> *Disp. 7*, dub. 9, n. 74.

dum est aliquod saltem mortale, quia est materia necessaria confessionis; sed non est obligatio declarandi culpas graviores ».

<sup>b)</sup> Diana, part. 5, tr. 3, resol. 75, aliorum opinionem solum recitando exponit; nec vero eam amplectitur.

« ceri. Ratio, quia praeceptum divinum de integritate non obligat cum tanto incommodo: quod tantum esse posset, ut peccares confitendo, v. gr. — 1°. Si sacerdos certum peccatum sit revelatus (intellige cum Coninck, card. de Lugo<sup>1</sup>, quod poenitentis ipse non teneatur revelare). — 2°. Si sciat v. gr. mulier, ex certo peccato sibi vel confessario fore periculum ruinae. — 3°. Si poenitenti inde imminet grave damnum vel periculum vitae vel famae.

« In his tamen casibus videtur requiri necessitas confitendi, v. gr. ob communem annuam, vel si longo tempore alioqui esset differenda». [Dicunt Lugo<sup>2</sup>, Herincx<sup>3</sup>, etc., apud Salmant.<sup>2</sup>, sufficientem etiam habere necessitatem dimidiandi confessionem qui esset in peccato mortali et deberet per duo vel tres dies alium confessarium exspectare]. — Vide Filiuccium<sup>4</sup>, card. de Lugo<sup>4</sup>: ubi monet talia damna aut pericula non facile fingenda esse; et quidem in reliquo vix posse locum habere<sup>b</sup>.

« QUARTA. Si quis aliquod peccatum vel circumstantiam non possit confiteri sine violatione sigilli; v. gr. si invalide absolvisses simoniacum, nec posses confiteri nisi illi qui facile inde posset confidere quisnam ille esset».

488. — «Ex omnibus supra dictis se- quitur excusari etiam sequentes ab integrata materiali:

« 1°. Qui habent casum reservatum: de

Coninck, disp. 7, n. 75; et disp. 9, dub. 2, n. 83, i. f. — Disp. 16, n. 526. — <sup>a</sup> Tr. 6, cap. 8, num. 123. — <sup>b</sup> Tr. 7, cap. 5, n. 124. — <sup>c</sup> Disp. 16, n. 528. — <sup>d</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 8, n. 10, v. Quartus casus; et cap. 12, num. 8 et 10. — <sup>e</sup> De Poenit., n. 550, ad 9. — <sup>f</sup> Confer. 6, de Integrit. confess.,

« quo infra, et Laymann<sup>5</sup>. — [Sed circa hoc, vide n. 265, v. Qu. 2].

« 2°. Scrupulosum qui perpetuo angustur de oblitis». — [Ita etiam Holzmann<sup>6</sup> cum communi, et Elbel<sup>7</sup> cum Laymann, Illung et Stoz].

« 3°. Quem sacerdos absolvit ante finem, nolens omnia audire; ut habet Bonacina<sup>8</sup>.

« 4°. Quem fallit memoria, ita ut dicat se scire in genere quod peccaverit mortaliter, non occurtere autem speciem peccati: etsi tunc veniale aliquod addere sit consultum. — Ita Coninck<sup>9</sup> et Laymann<sup>10</sup>, contra Sotum<sup>a</sup> et Medina<sup>a</sup>.

« 5°. Eum qui extreme rudes vel simplices dicit se dolere de peccatis, nullum tamen in specie, ne veniale quidem, sciat dicere: qui, etsi speculative loquendo posset absolvvi, practice tamen non expedit<sup>b</sup>; sed data benedictione permittatur communicare. — Ita Laymann<sup>11</sup>.

« 6°. Qui aliquod peccatum non potest confiteri sine complicis infamacione, v. gr. si peccasses cum matre vel sorore,

Quid si infametur complex.

quam confessarius nosset: tunc enim, si alium confessarium non potes habere (quem alias adire tenereris), sufficeret, immo deberet dici quod animo cum ea, vel in genere cum aliqua fornicationem vel incestum commisisses, reticendo gradum primum vel secundum, quoad licabit sine manifestacione complicis, cum proposito confitendi integre sacerdoti alteri proxima occasione. Ita probabilitas Navarrus<sup>12</sup>, Bañez<sup>c</sup>, Canus<sup>c</sup>, Va-

n. 150, i. f. — Laym., lib. 1, tr. 1, cap. 6, n. 2, vi. — Ills., tr. 6, disp. 6, n. 123. — Stoz, lib. 1, part. 1, n. 5 (qui tamen ab Elbel non citantur pro hoc asserto). — <sup>d</sup> Qu. 5, sect. 2, punct. 2, § 4, n. 4. — <sup>e</sup> Disp. 7, n. 97; cfr. n. 6. — <sup>f</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 8, n. 7. — <sup>g</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 8, n. 8. — <sup>h</sup> Man., cap. 7, n. 3.

Si ex confessione violetur siccum gillum.

Alii causas particu-

487. — a) Lugo, disp. 16, num. 416, grave utique ait esse «per triduum esse in statu peccati»; minime tamen dicit satis id esse ad dimidiandam confessionem, quidquid hic assent Salmant. — Herincx autem, disp. 3, n. 54, affert opinionem negantem bidui dilationem esse causam sufficientem dimidiandi confessionem; sed dicentem nimiam esse si ultra biduum differatur.

b) De religioso hic non loquitur Lugo.

488. — a) Sotus, dist. 18, qu. 2, art. 5, v. In aliud extremum; Joan. Medina, tr. 2, de Confessione, qu. 39, eo sensu doctrinae expositae contradicunt, quod confessionem ge-

neralem, nullo peccato in specie declarato, negant esse sacramentalem confessionem.

b) Laymann scribit: «Extra mortis periculum absolvere eum non debet».

c) Bañez, in 2<sup>ae</sup> qu. 33, art. 8, dub. 8, part. 1 et 3, ita sane docet; sed limitat nisi famae jactura minima esset secundum personae qualitatem. — Et id ipsum tenet Canus, de Poenit., part. 6, v. Sed enim et seqq., qui et aliam limitationem affert, scilicet: in articulo mortis, nonobstante famae jactura, nisi foret gravis et magna, ut mors vel infamia publica, explicandam esse complicis circumstantiam.

« lentina, Praepositus<sup>1</sup>, Gamaz<sup>d</sup>, etc. Ratio est, quia quando duo praecepta direntur concurrunt, naturale et positivum, quae simul servari non possunt, praeferendum est naturale; quia strictius obligat. Etsi probabilius contrarium doceant Fillucci, Suarez, Vasquez, Lessius, card. de Lugo<sup>2</sup>, Hurtadus, Coninck et alii communiter. — Unde talis saltem non tenebitur tacere id peccatum, ne complicem infamet, nisi commode possit (quod card. de Lugo extendit etiam ad non complicem, sine cuius manifestatione peccatum explicari non potest). Ideoque confessario curandum ne nominetur personae, nisi ad poenitentis directionem opus esset; tunc enim infamia ista non tanti aestimatur, eamque sibi imputet qui peccavit. Conferendum ta-

Valent., in 3<sup>ae</sup> Part., disp. 7, qu. 11, punct. 1, assert. 6, v. Quartus casus. — <sup>1</sup> Qu. 5, dub. 6, n. 130 et 131. — <sup>2</sup> Fill., tr. 7, n. 343. — <sup>3</sup> Suar., disp. 34, sect. 2, num. 3. — <sup>4</sup> Vasq., qu. 91, art. 2, dub. 3, n. 13. — <sup>5</sup> Less., lib. 2, cap. 11, dub. 11. — <sup>6</sup> Disp. 16, num. 394 et 395. — <sup>7</sup> Gasp., Hurtad., disp. 9, diff. 11. — <sup>8</sup> Coninck, disp. 7, num. 89. — <sup>9</sup> Lugo, loc. cit., n. 420 et seqq. — <sup>10</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 8, n. 2. — <sup>11</sup> Part. 1, tr. 7, resol. 49; part. 3, tr. 4, resol. 64 et 131. — <sup>12</sup> Loc. cit. — <sup>13</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 9, n. 8, 12 et 13. — <sup>14</sup> Hostien., in cap. Omnis 12, n. 5, de poenit. et remiss. — <sup>15</sup> Part. 1, tr. 7, resol. 49; et part. 3, tr. 4, resol. 64. — <sup>16</sup> Pitigian., in 4, dist. 21, qu. 2, art. 8, concl. 1, v. Ex hac concl. sequitur.

« men est commodum directionis cum in famia.

« Ratio supradictorum omnium, quia in his casibus moraliter non potest fieri confessio materialiter integra. Laymann<sup>8</sup>, Fagundez<sup>e</sup>. — Vide Diana<sup>4</sup>, Lessium<sup>5</sup>, Tamburinum<sup>6</sup>: ubi docet probabile esse quod talis poenitent, propter solam consolationem quam sentit ab amico vel docto confessario, possit ei confiteri, etsi alium haberi possit».

489. — An sit obligatio confitendi peccatum mortale quod non possit explicari sine manifestatione complicis?

Prima sententia negat. Et hanc (prae)ter Navarrum et alios, apud Busenbaum, ut supra n. 488 ad 6) tenent Hostiensis et Innocentius<sup>a</sup>; ac Diana<sup>7</sup> cum Soto<sup>b</sup> et Pitigiano. — Ratio, quia (ut dicunt)

Alli ne-  
gant confi-  
dendum pec-  
catum, si  
infametur  
complex.

<sup>a</sup>) Quisnam sit ille Gamaz quem allegat Busenbaum plane nescio. — Quodsi vero loco Gamaz legendum sit Gormaz, citatio falsa erit. Gormaz enim, de Poenit., part. 2, disp. 2, n. 124, diserte contrarium docet, scribens: «Licet, quando quis facile potest adire confessarium non cognoscetem personam complicis, teneatur id facere, si aliquae causae non excusat, de quibus statim dicemus; attenuat si non adsit confessarius cui manifestari possit peccatum nisi revelato complice, teneris, non obstante illo detimento complicis, confiteri peccatum, nec potes confessio facere dimidiata... Ratio est, quia praeceptum caritatis et jus naturale complicis ad suam famam solum se extendit ad casum in quo bonum manifestationis non praevalet bono sua fame; secus autem, ad casum in quo praevalet bonum manifestationis in quo poenitentis habet jus». Et causas recenset n. 126: «Si utilius sit poenitentis confessario nota complicis personam declarare ob consolationem quam sentit aut expectat a confessario pio, amico et docto, vel si dubitans de sua contritione, velit se cum Deo reconciliare et alium confessarium non habeat, nisi cui persona complicis nota est». Et n. 127, addit: «Si tunc poenitentis non faceret confessionem integrum, peccaret mortaliter; quia dum poenitentis confitetur, tenetur facere confessionem integrum, si licite potest».

<sup>b</sup>) Sotus et Bonacina, quidquid dicant Diana et Mazzotta, potius adhaerent secundae sententiae, quae S. Alfonso probatur. — Sotus enim, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 5, ad 4 argum., negando posse tales circumstantiam revelari, id negat pro eo tantum casu quo timetur periculum mortis vel notabilis infamiae. Si vero nullum hujusmodi periculum timeatur, «sed hoc tantum quod confessarius sciet personam, quam novit, deliquesce, servabit tamen secretum, tametsi deinceps non tanti aestimabit personam illam; tunc hoc non obstante, explicanda est circumstantia». — Bonacina pariter, de Restit., disp. 2, qu. 4, punct. 4, num. 2, dicit per se loquendo et regulariter explicandam esse ejusmodi circumstantiam; per accidens vero poenitentem excusari, quando ex manifestatione probabiliter timet sibi, vel complici, vel

ubi loquitur de damno gravi quod poenitentis sibi vel alii timet; minime tamen admittit omnes casus hic a Busenbaum relatos; et si gnanter, lib. 5, cap. 1, n. 8, ut probabilius tenet adesse obligationem fatendi circumstantiam complicis, quamvis confessarius complim cognoscat.

<sup>c</sup>) Innocentius, in cap. Omnis 12, n. 5, de poenit. et remiss., ait confitendum esse generaliter crimen, sed non circumstantiam ex qua aliquod malum provenire potest, et addit: «Propter solam autem indiscretiorem sacerdotis, non dimittet quin sibi confiteatur».

<sup>d</sup>) Sotus et Bonacina, quidquid dicant Diana et Mazzotta, potius adhaerent secundae sententiae, quae S. Alfonso probatur. — Sotus enim, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 5, ad 4 argum., negando posse tales circumstantiam revelari, id negat pro eo tantum casu quo timetur periculum mortis vel notabilis infamiae. Si vero nullum hujusmodi periculum timeatur, «sed hoc tantum quod confessarius sciet personam, quam novit, deliquesce, servabit tamen secretum, tametsi deinceps non tanti aestimabit personam illam; tunc hoc non obstante, explicanda est circumstantia». — Bonacina pariter, de Restit., disp. 2, qu. 4, punct. 4, num. 2, dicit per se loquendo et regulariter explicandam esse ejusmodi circumstantiam; per accidens vero poenitentem excusari, quando ex manifestatione probabiliter timet sibi, vel complici, vel

S. Doctor  
affirmat  
confitent-  
dum, etsi  
complex in-  
fametur.

praeceptum naturale servandi famam proximi praferendum est positivo servandi integratem confessionis. Et hanc probabilem putat Busenbaum; et Mazzotta<sup>1</sup> cum Bonacina<sup>2</sup>, Medina, etc.

*Secunda* vero sententia communis, quam sequimur, affirmat. Et hanc tenent Gonet<sup>3</sup>, Palaus<sup>4</sup>, Concina<sup>5</sup>, Juenin<sup>6</sup>; et Salmant.<sup>6</sup> cum S. Bonaventura, S. Antonino, Cajetano, Suarez, Lugo, Laymann, Silvestro, Toledo, Vasquez, Angelo, Coninck, Pontio<sup>7</sup> et aliis plurimis: ex D. Thomas<sup>8</sup>: qui sic ait: *Si... speciem peccati (poenitens) exprimere non possit, nisi exprimendo personam cum qua peccavit, putas si cum sorore concubuit; necesse est ut, exprimendo peccati speciem, exprimat personam. Sed si fieri potest, debet quare rerum talium confessorem qui personam sororis... non cognoscat.* Et idem docet S. Bernardus<sup>8</sup>, dicens: *De nullo sinistre loquaris..., nisi in confessione..., ubi non potes aliter manifestare peccatum tuum.*

Ratio est, quia praeceptum integre confitendi servari debet semper ac lice servari potest; satis autem lice in casu nostro servari potest, cum manifestatio-

alieni criminis non sit illicita quando fit ex rationabili causa, (ut docet idem D. Thomas<sup>9</sup>): ergo servari debet. Et sic respondetur rationi oppositae primae sententiae.

— Ultraquam quod complex, consentiendo in peccato, jam amisit jus ad suam famam in ordine ad confessionem illius peccati.

Diximus: *peccatum mortale.* — Nam, ob peccatum veniale explicandum, aut mortale alias confessum, non licet grave crimen alterius manifestare<sup>10</sup>; ut recte dicunt Lugo<sup>10</sup>, Viva<sup>11</sup>, Tamburinius<sup>12</sup>; et Roncaglia<sup>13</sup>, contra Renzi et Verricelli.

Tenetur vero poenitens, quando commode potest, alium petere confessarium, cui incognita sit persona complicis, ut ejus fama servetur. — Nec satis probabilis videtur opinio, quam tenent Tourneley<sup>14</sup>; Renzi<sup>15</sup> cum Fagundez (qui citat Suarez, sed non bene, ut mox videbimus); item Medina<sup>16</sup> et Gersonius, apud Lugo<sup>16</sup>, nempe quod hoc sit tantum de consilio. Nam communiter hoc esse de praecepto dicunt Suarez<sup>17</sup>, ubi: *Si poenitens possit... ei confiteri qui non cognoscat personam complicis..., tenetur id facere: et in hoc omnes convenientiunt;* Laymann<sup>18</sup> cum com-

Tenetur  
poenitens  
petere a  
lium confes-  
sarium, si  
commode  
potest.

<sup>1</sup> Tr. 6, disp. 1, qu. 4, cap. 7, § 1, n. 1. - Barthol. Medina, Sum., lib. 2, cap. 4, § 1. — <sup>2</sup> Clipp., tr. 5, disp. 10, n. 70 et seqq. — <sup>3</sup> Tr. 23, punct. 11, n. 7. — <sup>4</sup> De Poenit., cap. 9, num. 6. — <sup>5</sup> Inst., de Poenit., qu. 4, cap. 4, art. 2, § 3. — <sup>6</sup> Tr. 6, cap. 8, n. 128. - S. Bonav., in 4, dist. 21, part. 2, art. 1, qu. 3. - S. Anton., part. 3, tit. 14, cap. 19, § 11. - Cajetan., Sum., v. Confessio, condit. 8; Opusc. tom. 1, tr. 31, resp. 5, ad 1. - Suar., disp. 34, sect. 2, assert. 2. - Lugo, disp. 16, sect. 7, a num. 394. - Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 8, n. 12. - Silvestr., v. Confessio I, qu. 24. - Toledo, lib. 3, cap. 8, num. 4. - Vasq., qu. 91, art. 2, dub. 3, num. 13 et seqq. - Angel., v. Confessio I, num. 3. - Coninck, disp. 7, dub. 9, n. 89. — <sup>7</sup> Opusc. 12, qu. 6, v. f. — <sup>8</sup> Varia et brevia docum.

pie seu religiose vivendi, num. 1 (inter opera supposititia S. Bernardi, ap. Migne, Patrol, lat., tom. 184, col. 1178). — <sup>9</sup> 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 73, art. 2. — <sup>10</sup> Disp. 16, num. 411 et seqq. — <sup>11</sup> De Poenit., qu. 5, art. 7, n. 5, v. *Si tamen...* — <sup>12</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 9, num. 15. — <sup>13</sup> Tr. 19, qu. 3, cap. 3, qu. 3, resp. 1. — <sup>14</sup> Renzi, de Poenit., cap. 2, sect. 2, qu. 11. - Verricell., Quaest. mor. et legal., tr. 8, qu. 19. — <sup>15</sup> Praelect. de Poenit., qu. 6, art. 4, qu. *An necesse sit aperte in confess. personam compl.* concl. 1, v. *Dixi.* — <sup>16</sup> Loc. cit., qu. 10. - Fagund., de 2<sup>a</sup> praec. Eccl., lib. 5, cap. 1, n. 8. — Gerson., serm. de Poenit. in Coena Domini, condit. 4, v. *Quaeritur de circumstantia personae.* — <sup>17</sup> Disp. 16, num. 392. — <sup>18</sup> Disp. 34, sect. 2, num. 1. — <sup>19</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 8, n. 12.

tertiae personae «grave damnum in vita vel fama extra confessionem». Et ita revera plerique autores pro secunda sententia allegati eamdem intelligent.

<sup>c)</sup> Pontius, quem Salmant. ex Dicastro citant, haec habet, *de Matr.*, lib. 5, cap. 18, n. 9, posito scilicet in alia materia quodam principio quod admittit ipse, addit: «Hac ratione putant nonnulli licitum esse in confessione explicare complicem quando aliter fieri non potest integre confessio, non obstante infamia complicis apud confessarium: quia infamare proximum absolute sumptum non est contra jus naturale, sed infamare absque rationabili causa: videtur autem rationabilis causa infamandi complicem apud unum con-

fessarium observatio praecepti de integritate confessionis, etiamsi praeceptum positivum sit. Sed de hoc late dixi in tractatu de Confessione».

<sup>d)</sup> Nisi tamen ex confessione talis peccati aliud magnum bonum poenitenti obveniret, vel ob petendum consilium aut quid simile, ut notant autores citati; vel etiam, ut ait Tamburinius, si adsit ratio consolationis spiritualis.

<sup>e)</sup> Joan. Medina, tr. 2, de Confess., qu. 9, dicit quidem «satius» esse alium confessorem quaerere; sed quidquid dicat Lugo ex Vasquez, hoc non de consilio, sed de praecepto intelligendum est, cum addat: «Alioqui confessio hujusmodi facta confessori tertiam personam cognoscenti, *culpabilis erit*.

<sup>10</sup> De Poenit., cap. 1, art. 2, qu. 6, in princ. — <sup>11</sup> Tr. 19, qu. 3, cap. 3, resp. 2. — <sup>12</sup> Disp. 16, n. 416. — <sup>13</sup> Loc. cit. — <sup>14</sup> De Poenit., cap. 2, sect. 2, qu. 10. - Coton., lib. 2, controv. 6, n. 38. — Fagund., de 2<sup>a</sup> praec. Eccl., lib. 5, cap. 1, n. 2. — <sup>15</sup> Loc. cit., num. 5. — <sup>16</sup> Disp. 16, num. 416. — <sup>17</sup> Loc. cit., resp. 1. — <sup>18</sup> Disp. 34, sect. 2, n. 18. — <sup>19</sup> Loc. cit., n. 5. — <sup>20</sup> De Poenit., cap. 2, sect. 2, qu. 10. - Fagund., de 2<sup>a</sup> praec. Eccl., lib. 5, cap. 1, num. 8. — <sup>21</sup> Disp. 16, num. 416. — <sup>22</sup> Num. 18.

probabilem ait esse hanc sententiam, «nisi quando contigerit duos vel unum, cui peccatum refertur esse viros graves, apud quos famam amittere esset grave damnum, et praeterquam in casu, quo is cuius peccatum determinatur, magni aestimat, si ipsius fama apud illos servetur illaes».

<sup>23</sup> Tanner, tom. 3, disp. 4, qu. 8, n. 138, existimat haec «non omnino improbabilitate» dici, licet ipse oppositum teneat, dicens: «A mortali non excusat nec I<sup>o</sup>, qui occultum et infame crimen personae notae, uni vel duobus etiam fidissimis, qui nullo modo obfuturi putentur, etiam sub secreto temere narrat; quia si judicium temerarium unius de altero graviter laedit existimationem, cur non etiam unius apud unum detractio famam?»

muni, Antoine<sup>1</sup>, Roncaglia<sup>2</sup>, Viva<sup>3</sup> (qui habet ut certum); ac Lugo<sup>4</sup> cum Vasquez et Coninck.

**490.** — *Dixi: quando commode potest.* — Nam, juxta plurimorum sententiam, excusant poenitentem ab exquirendo alium confessarium sequentes causae, nempe:

<sup>1</sup> Si urgeat periculum mortis aut praeceptum annualis confessionis vel communionis. — Ita Sporer<sup>5</sup> et Viva<sup>6</sup>.

<sup>2</sup> Si poenitens, non celebrando vel communicando, incurreret infamiae notam. — Ita Suarez<sup>7</sup>, Lugo<sup>7</sup>, Roncaglia<sup>8</sup> et Renzi<sup>9</sup>.

<sup>3</sup> Si quis existeret in peccato mortali, et deberet expectare ultra biduum; ut Suarez<sup>9</sup>, Viva<sup>10</sup>; et Renzi<sup>11</sup> cum Fagundez. — Sed mihi videtur durum esse ei qui est in mortali, manere sine absolutione etiam per diem. Et huic non videtur dissentire Antoine<sup>10</sup>, ubi dicit absolute non teneri ad expectandum qui est in statu culpae mortalis. Et Lugo<sup>12</sup> putat talem minus obligari ad differendam confessionem; licet postea sic subdat: *Non parum faciet, si... per biduum differat confessionem.* Et Herincx<sup>13</sup> ac alii apud Salmant.<sup>14</sup>, nimiam putant dilationem bidenti vel tridui.

<sup>4</sup> Si credatur complex cessisse iuri sue famae, puta, si frater peccavit cum

<sup>1</sup> De Poenit., cap. 1, art. 2, qu. 6, in princ. — <sup>2</sup> Tr. 19, qu. 3, cap. 3, resp. 2. — <sup>3</sup> De Poenit., qu. 5, art. 7, n. 5. — <sup>4</sup> Disp. 16, n. 392. - Vasq., qu. 91, art. 2, dub. 3, n. 1. - Coninck, disp. 7, n. 88. — <sup>5</sup> Part. 3, cap. 3, n. 472. — <sup>6</sup> Loc. cit., num. 5. — <sup>7</sup> Disp. 16, num. 416. — <sup>8</sup> Loc. cit., resp. 1. — <sup>9</sup> Disp. 34, sect. 2, n. 18. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 5. — <sup>11</sup> De Poenit., cap. 2, sect. 2, qu. 10. - Fagund., de 2<sup>a</sup> praec. Eccl., lib. 5, cap. 1, num. 8. — <sup>12</sup> Disp. 16, num. 416. — <sup>13</sup> Num. 18. — <sup>14</sup> Cajetan., in 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 73, art. 2, post princ. - Tambur., Method. Confess., lib. 2, cap. 9, num. 18.

**490.** — <sup>a)</sup> Suarez, loc. cit., n. 13; Renzi, loc. cit., qu. 10, non loquuntur de nota infamiae, sed de praecepto communicandi vel de obligatione celebrandi.

<sup>b)</sup> Antoine, *de Poenit.*, cap. 1, art. 2, qu. 6, in princ., ita scribit: «Non tamen tenetur differre per longum tempus, praesertim si sit in peccato mortali..., quae dilatio ex prudenti judicio definita est».

<sup>c)</sup> Herincx male citatur a Salmant.; nam disp. 3, n. 54, adducit sententiam negantem «dilationem per diem aut biduum... esse nimiam»; et postea sententiam, quae «censem dilationem ultra biduum saltem esse nimiam».

<sup>d)</sup> Lessius, lib. 2, cap. 11, dub. 11, n. 70, negat videri id affirmandum universaliter. — Azor pariter, part. 3, lib. 13, cap. 6, dub. 5,

sorore, quam scit se Jungi non posse a commitatu matris ut alium audeat confessarium.

— Roncaglia<sup>14</sup>.

<sup>5</sup> Si alicui solito quotidie celebrare vel communicare, grave esset omittere celebrationem vel communionem. — Lugo<sup>15</sup>.

<sup>6</sup> Si quis difficuler alteri quam consuetu confessario conscientiam aperiret. — Roncaglia<sup>16</sup>.

<sup>7</sup> Si alias privaretur jubilaei vel indulgentiae beneficio. — Renzi<sup>17</sup> cum Cotonio; et Fagundez apud Lugo<sup>18</sup>.

<sup>8</sup> Saepe excusantur matres et uxores, manifestantes peccata filiorum et virorum confessario qui hos novit; id enim communiter faciunt ad consilium petendum vel ad leniendum dolorem: alioquin ipsis nimis durum foret novos confessarios adire. — Croix<sup>19</sup>.

<sup>9</sup> Si quis, propter consolationem quam sentit ab amico vel docto confessario, nollet alium quaerere; cum plures DD., ut Navarrus, Lessius<sup>20</sup>, Azor<sup>21</sup>, Cajetanus et Tanner<sup>22</sup> (vide dicta Lib. III, n. 973, v. Sed.) dicant non esse plus quam veniale manifestare crimen proximi unius vel alteri viro probo. — Unde ait Tamburinius, satis excusari ab hujusmodi culpa veniali, qui ob praefatam causam crimen complicis cogniti confessario prudenti patefaceret.

Prohibitio  
exquirendi  
nomen complicis.

**491.** - Hic autem sedulo advertenda est bulla nostri summi Pontificis Benedicti XIV, incipiens: *Ubi primum, ubi Pontifex rigorose prohibet confessariis ne exquirant a poenitentibus nomen complicis peccati. — Ibi enim maxime detestatur praxim illorum qui a... poenitentibus (verba bullae) complicis nomen... exquirerent, atque ad illud sibi revelandum, non inducere modo suadendo conarentur, sed quod detestabilius est, denuntiata quoque, nisi revelarent, absolutionis sacramentalis negatione, prorsus adigerent atque compellerent.* Deinde Pontifex contravenientibus sequentes poenas imponit, dicens: *Statuentes insuper..., ut quicunque... ausus... fuerit docere licitam esse hujusmodi praxim, prout ea in relato nostro brevi... reprobatur; vel scribere aut loqui praesumpserit in ejusdem damnatae praxis defensionem; vel ea quae in dicto brevi contra eamdem praxim decreta sunt impugnare, aut in alienos sensus temere detorquere seu interpretari: incidat ipso facto in excommunicationem, a qua non possit..., nisi a Nobis vel pro tempore existente Romano Pontifice, absolviri.* Loquens autem de confessariis exquirientibus nomen complicis, *eidem poenitenti, si manifestare renuerit, sacramentalem absolucionem denegando, dicit: Noverint sese, ultra peccati lethalis incursum, suspensioni ab officio audiendarum confessionum altisque etiam gravioribus poenis fore subjiciendos. — Et inferiorius addit Pontifex quod quicunque non ex confessione sua, sed aliunde aliquem noverit confessarium exquirentem nomen complicis cum denegatione absolutionis, tenetur illum intra solitum terminum denunciare sub poenis consuetis. Excipit tamen casum quo confessarius ex similitate hoc faceret, dicens: Quamvis imprudens et malus, simplex tamen quidam*

*Bened. XIV, bulla Ubi primum, diei 2 Junii 1746. — 1 Lib. 2, diss. 3, cap. 9, § 1, num. 21. — <sup>2</sup> Is est Philp, de Carboniano, ad tract. de Poenit., cap. 1, art. 2, qu. 6, Nota, v. Quod attinet ad primam. — <sup>3</sup> Tr. 6, disp. 1, qu. 4,*

*et nudus actus fuerit, id est iis circumstantiis destitutus, quae de prava credulitate vel de mala adhaesione ad praxim in... nostro brevi reprobata, tamquam ad licitam, eundem confessarium suspicium reddant.*

Recte autem dicunt Pater Concina<sup>1</sup> et auctor Commentarii apud Antoine<sup>2</sup>, quod hic Pontifex tantum damnavit illorum abusum confessariorum qui *tum procurandae complicis* (ut loquitur bulla) *correctionis aliorumque bonorum... specioso praetextu colorare, tum emendicatis quibusdam doctorum opinionibus defendere non dubitarent.* — Caeterum confessarii bene possunt et tenentur ad integritatem confessionis servandam exquirere circumstantias necessarias, nempe vel quae speciem mutant, vel quae exquirendae sunt ut poenitentis conscientiae consulatur; puta si confessarius exquirat an persona complicis sit in primo vel secundo gradu, si ligata voto, si sit ancilla, si habitet in eadem domo: licet veniat in cognitionem complicis.

Praeterea, ultra necessitatem explicandi circumstantias peccati, Mazzotta<sup>3</sup>, ex Lugo, Soto, Armilla, Diana<sup>4</sup>, Aversa<sup>5</sup>, etc., loquens de praefata bulla, sic ait: *Si... gravia damna timerentur a complice, quae solus confessarius posset impedire, esset ei manifestandus (complex).* Auctor autem citatus Commentarii in Antoine<sup>4</sup> sic dicit: *Accidere interdum potest ut adjendus sit poenitens ad revelandum complicem, cum nempe agitur de gravibus malis vitandis, quae in perniciem reipublicae vergere possunt... Ut impeditur malum, si fieri potest, obligatur poenitens ad exquirendum consilium confessarii qui, pro sua prudentia, aut per se aut per ipsum poenitentem remedia conquirat, nisi revelare velit poenitens, minime est absolvendus; nam ex lege non minus justitiae*

*cap. 7, § 1, num. 1, i. f. — Lugo, disp. 16, num. 432, 433 et 435. — Sotus, dist. 18, qu. 2, artic. 5, ad 4, v. *Imo addit.* — *Armill.*, v. Circumstantia, num. 11. — <sup>4</sup> Loc. cit., Nota, n. 10.*

**491. — a)** Quidquid asserat Mazzotta, haec apud Dianam reperire nequivi. — Aversa autem, loc. cit. a Mazzotta, scilicet, qu. 18, sect. 7, v. *Verum haec*, vult poenitentem mo-

nendum esse a confessario, ut corripiat complicem non emendatum si speret correctionem, et addit: « Si confessarius timeat ne poenitens postea suam obligationem [non]

Quomo-  
do confessio-  
rius gener-  
re debet.

*quam caritatis tenetur ille pro virili curare ut in tuto sit publica salus. De damno vitando quod privatae alicui personae imminere potest non loquor; nam fere semper, suppressis complicum nominibus, consilium praebere potest sacerdos. — Ita praefati auctores.*

**492.** - Hic tamen, quid de hoc sentiam mihi lubet exponere.

Nulli dubium quod aliquando tenetur poenitens complicem manifestare ad aliquod grave damnum impediendum. — Sed, spectata tam rigorosa (ut vidimus) Pontificis prohibitione, ad finem vitandi proximi infamiam, sacramenti injuriam, sigilli violationem, scandalum, etc. (prout exprimitur in bulla), non est licitum confessario nomen complicis exquirere ad

Ad aver-  
tendum gra-  
ve damnum  
co m p l e x  
manifestan-  
dus.

Exquiren-  
dae circum-  
stantiae ne-  
cessariae  
ad integri-  
tatem.

Confessio  
debet esse  
vocalis sub  
gravi.

Causae ex-  
cusantes.

### ARTICULUS III.

#### QUAE SINT RELIQUE CONDITIONES CONFESSIONIS.

**493. Confessio debet esse vocalis.** — Quando liceat, aut sit obligatio confitendi scripto. — **494. Debet esse secreta.** — **495. Debet esse vera.** — **496. Quando mendacium in confessione sit veniale.** — **497. Quando mortale.**

**493. — « Resp. Praeter integritatem, « sunt hae tres:**

« PRIMA, ut sit *vocalis*, scilicet ordinaria; idque propter usum et praxim Ecclesiae graviter obligantem<sup>a)</sup>. — Nisi subsit justa causa, ut impotentia, sive *physica* sive *moralis*: quae si adsit, potest fieri nutu, scripto aliove signo; v. gr. si quis obnoxietatem loqui non possit, aut puella supra modum verecunda alter se non possit explicare quam scripto, quo a confessario lecto, addat voce: *De his me accuso*<sup>b)</sup>. Suarez, Vasquez, card. de Lugo, Laymann<sup>1</sup>. — Ita etiam Salmant.<sup>2</sup> cum Vasquez, Cano, Palao, Coninck, etc. Idque expressum habetur in

*Suar.*, disp. 21, sect. 3, n. 6. — *Vasq.*, qu. 91, art. 4, dub. n. 7. — *Lugo*, disp. 15, num. 79 et 80. — <sup>1</sup> *Lib. 5, tr. 6, cap. 6, n. 3. — <sup>2</sup> *Tr. 6, cap. 7, n. 11.* — *Vasq.*, loc. cit. — *Canus*, Select. de Poenit., part. 6, v. *At existit hinc.* — *Palaus*, tr. 23, punct. 8, n. 8. — *Coninck*, disp. 6, dub. 1, num. 3. — *Tambur.*, de Sacr., lib. 5, de Sacr.*

Poenit., cap. 2, § 1, n. 1. — *Nav.*, Man., cap. 21, n. 36. — *Tolet.*, lib. 3, cap. 6, v. *Quarto.* — *Sotus*, dist. 18, qu. 2, art. 6, v. *Secundum membrum;* et v. *His autem.* — *Valent.*, in 3<sup>am</sup> Part., disp. 7, qu. 11, punct. 1, v. *Quarto assertus.* — *Diana*, part. 3, tract. 4, resol. 128. — <sup>3</sup> Disp. 15, num. 87.

**493. — a)** Lugo, Salmant., Palaus mortale esse ajunt confiteri absque ullis verbis. Vasquez vero et Laymann non dicunt esse grave.

**b)** Haec additio apud Palaum non reperitur.

adimplete, et non appareat alias idoneus minister ad tale officium, poterit confessarius obligare poenitentem ut tunc sibi licentiam concedat, seu extra confessionem rem communicet».

« esse *surdis* ut confiteantur scripto (licet ad id non teneantur), ne ab aliis audiantur: eamdemque ob causam eos non interrogandos, nisi de plane necessariis, ex Possevino docet Diana<sup>1</sup>.

« Unde resolves hunc casum:

« Is qui extra necessitatem totam confessionem facit nutu vel scripto, mortali peccat, ac consequenter non absolvitur. — Diana<sup>2</sup> ex Silvio. Vide Filiuccium<sup>3</sup>, Coninck<sup>4</sup>, Suarez<sup>5</sup>.

494. — « SECUNDA conditio, ut sit *secreta*, id est ut fiat soli sacerdoti: non quidem ex necessitate, sed usu Ecclesiae. — Publica autem, qualis in naufragio, praelio, hospitali, ubi alii adjacent, vel per interpretem fit, non obligat (saltem respectu peccatorum occultorum) nisi ex caritate sui eum qui in articulo mortis dubitat de contritione; ac tum adhuc sufficit ea confiteri quae minorem parvunt infamiam. — Ita Suarez, Fagundez, Diana<sup>6</sup>, etc. »

« Unde resolves:

« Si quis peccata in prioribus confessionibus oblitus esset, non tenetur etiam in articulo mortis ea confiteri publice vel per interpretem: quia peccatorum oblitorum confessio tantum obligat ex praecerto positivo divino, quod hoc in casu cessat. — Vide Laymann<sup>7</sup>, Diana<sup>8</sup>.

495. — « TERTIA conditio, ut sit *vera*. Quod requiritur essentialiter in materia substantiali et *necessaria*; quia alias in re gravi decipietur judex, neque esset confessio integra, ideoque irrita. Non tamen in materia *libera*: tum quia fal-

Debet esse  
vera, sub  
gravi in  
materia ne-  
cessaria.

Secus, in  
materia li-  
bera.

<sup>10</sup> De Poenit., lib. 1, diss. 4, cap. 3, n. 6. — <sup>11</sup> 2<sup>a</sup> 2<sup>re</sup>, qu. 69, art. 1. — <sup>12</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 127. — <sup>13</sup> Silvius, Suppl., qu. 9, art. 3, concl. 2. — <sup>14</sup> Tr. 7, n. 14. — <sup>15</sup> Disp. 6, n. 3. — <sup>16</sup> Disp. 21, sect. 3, n. 6. — <sup>17</sup> Suar., disp. 36, sect. 6, n. 4 et 5. — <sup>18</sup> Fagund., de 2<sup>a</sup> praec. Eccl., lib. 1, cap. 6, a num. 6. — <sup>19</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 129. — <sup>20</sup> Loc. cit. — <sup>21</sup> Navar., Man., cap. 21, n. 37. — <sup>22</sup> Suar., disp. 22, sect. 10, a n. 4. — <sup>23</sup> In 2<sup>a</sup> 2<sup>re</sup>, qu. 69, art. 1, i. f. — <sup>24</sup> Cap. 2, sect. 2, qu. 3. —

494. — <sup>a)</sup> Laymann, lib. 5, tr. 6, cap. 6, principium supra expositum utique habet; casum vero praesentem de peccatis oblitis praetermittit.

496. — <sup>a)</sup> Armilla, v. Confessio sacramentalis, n. 5, ita docet, modo poenitens intendat confessionem de hoc veniali instituere.

<sup>b)</sup> Doctrina haec de peccato mortali jam

« sitas signi in accusatione circa materiam accessoriā non facit sententiam irritam: tum quia talis tantum peccat venialiter, cum non sit graviter injurias sacerdoti nec sacramento. — Ita N. varrus, Suarez, etc. »

« Unde resolves:

496. — « I<sup>o</sup>. Non est mortale nec irritat sacramentum:

« I<sup>o</sup>. Si in confessione mentiaris leviter circa res non pertinentes aut non necessarias ad sacramentum: v. gr. si historiam falsam narres; vel si neges veniam, vel mortale quod non teneris confiteri ».

An peccet graviter qui negat confessario peccatum aliquod veniale commissum, aut mortale alias confessum?

Affirmant Cajetanus<sup>8</sup>, et Armilla<sup>9</sup> apud Renzi<sup>10</sup>, quia (ut dicunt) hic videtur gravem irreverentiam sacramento irrigare. Et de hoc valde dubitat Pater Concina<sup>11</sup>, ex D. Thoma<sup>12</sup>, qui ait: *Si confiteri noluit veritatem quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negaverit, mortaliter peccat*. Unde Pater Concina non excusat a mortali qui hoc advertenter faceret, eo quod se exponeret periculo gravis culpea.

Sed omnino tenendum oppositum cum sententia communī: quam tenet Busenbaum (ut supra), et Lugo<sup>13</sup>, Laymann<sup>14</sup>, Antoine<sup>15</sup>, Anacleetus<sup>16</sup>, Holzmann<sup>17</sup>, Roncaglia<sup>18</sup>, Renzi<sup>19</sup>; et Bonacina<sup>20</sup> cum Suarez, Sanchez, Reginaldo, et alii passim. Ratio, quia, cum illa non sit materia necessaria sacramenti, tunc minime decipitur confessarius in re gravi<sup>b)</sup>. — Ad textum autem D. Thomea clara est re-

Mendacia  
levia in con-  
fessione.

Negans  
confessario  
mortalejam  
confessum  
aut veniale:

Non pec-  
cat gravi-  
ter.

sponsio; ibi enim S. Doctor tantum loquitur de nolente in judicio civili fateri veritatem quam dicere tenetur. Sed in foro sacramentali, certum est ex Tridentino nullam esse obligationem confitendi veniam; unde negatio venialis commissi vel mortalis jam confessi non excedit malitiam simplicis mendacii.

« 2<sup>o</sup>. Si falso te accuses de veniali; quod tamen mortale grave erit, si id facias non dando aliam materiam, cum sic formam reddas irritam et sacramentum: nisi tamen facias ex scrupulo, perturbatione<sup>c)</sup>. — Ita Suarez, Filiuccius<sup>1</sup>, Laymann<sup>2</sup>, Diana<sup>3</sup>.

497. — « II<sup>o</sup>. Sacrilegium est, et absolutione nulla: 1<sup>o</sup>. Si mortale quod confiteri teneris et putas esse, neges aut tergas ne intelligatur. — 2<sup>o</sup>. Ut communiter

« docetur, contra Silvestrum<sup>4</sup>, si mortale tibi falso imponas, nisi tamen fiat ex simplicitate, scrupulo, etc. — 3<sup>o</sup>. Si negotias vel mentiaris circa peccata alias rite absoluta, quando confessarius, ut judex vel medicus, de iis aliquid, ut necessarium ad praesentem confessionem, interrogat. Card. de Lugo<sup>5</sup>, Tamburinius<sup>6</sup>. Secus, si ad praesentem confessionem non faciat. Ibid. <sup>6</sup>.

Si quis affirmat peccatum mortale quod non fecit, vel negat fecisse quod fecit, duplex mortale committit; unum, sacrilegium contra virtutem religionis, ob reverentiam sacramento debitam; alterum, mendacii sibi graviter perniciosi contra virtutem veritatis.

Ita recte Holzmann<sup>7</sup> et Sporer<sup>8</sup> cum aliis passim.

Haec men-  
dacia sunt  
duplex mor-  
tale.

#### ARTICULUS IV.

##### QUANDO CONFESSIO SIT INVALIDA ET QUOMODO ITERANDA.

498. *An valeat confessio apud confessarium excommunicatum.* — 499. *An apud surdum, inodorum, etc.* An, apud non audientem aliquod peccatum. — 500. *De judicio peccatorum efformando a confessario.* — 501. *Quando confessio sit invalida ex parte poenitentis.* — 502. *Quomodo iteranda confessio facta eidem confessario.* — Quid, si confessarius recordetur factum in confuso. — Dub. 1. Quid, si confessio fuerit invalida. — Dub. 2. Quid, si recordetur tantum poenitentiae injunctae. — Dub. 3. Quid, si tantum quod poenitentis sit confessus. — 503. *Quid si peccatum sit inculpabiliter omissum.* An ob magnum concursum possit confessio dimidiari. — 504. *Quid de rusticis qui nunquam explicarunt species neque numerum.* — 505. *Non est obligatio repetendi confessiones, nisi constet de ipsarum nullitate.*

Confessio  
nulla ex  
parte con-  
fessarii.

498. — « Resp. I<sup>o</sup>. Id contingit ex dupli capite:

« Primo, ex parte confessarii, si juris dicti non habuit, vel certe impediebat per censuram; [Semper ac per ipsam sit vitandus; secus, si sit toleratus. Salmant.<sup>9</sup>, Roncaglia<sup>10</sup> et alii passim] « vel si formam substantialiter vitia-

« vit, vel non intendit absolvere, vel peccatum nullum intellexit ».

499. — « Dico: nullum; quia si ob surditatem, somnum vel distractionem, aliqua, licet mortalia, non intellexerit sine culpa poenitentis, probabilius est valuisse absolutionem, ac postea tantum repetenda esse non auditam; ut contra

Confessa-  
rius nullum  
peccatum  
intelligens  
sine culpa  
poenitentis.

<sup>5</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 10, § 2, num. 38. — <sup>6</sup> Tamburini, loc. cit., n. 44. — <sup>7</sup> De Poenit., n. 554. — <sup>8</sup> Part. 3, cap. 3, num. 482. — <sup>9</sup> Tr. 6, cap. 9, num. 18. — <sup>10</sup> Qu. 3, cap. 5, qu. 1.

confesso sub limitatione quadam accipienda est; nam aliquando poenitens tenetur appearare peccata confessa ad manifestandum habitum contractum..., ut confessarius possit se dirigere ad importuendam aut differendam absolucionem». Ita S. Doctor, in Hom. Apost., tr. 16, n. 28. — Et id ipsum indicant Lugo et Antoine, locis cit.

c) Filiuccius et Diana omittunt hanc limitationem.

497. — <sup>a)</sup> Quidquid dicat Busenbaum, Silvester non est contra communem sententiam; scribit enim, v. Confessio I, n. 9, v. f., mortale esse, « si quis se accuset in speciali de mortali in casu certo... Non autem esset mor-

tale se accusare peccatorem magnum in genere, nec se accusare de veniali non commisso in specie, imo nec de mortali in casu dubio ad consulendum conscientiae, dummodo non asseratur certe, sed dubie vel probabiliter, etiamsi quis plus justo aliqualiter se aggravet ad tutamen conscientiae».

Ex culpa  
poenitentis.

« Silvestrum <sup>a)</sup>, S. Antoninum <sup>a)</sup>, Navarrum <sup>a)</sup> et alios, docent Henriquez, Laymann <sup>1</sup>, Diana <sup>2</sup>. — Addo: *sine culpa*; « quia si semidormienti mala fide confitearis, peccas, et confessio est invalida, ideoque repetenda» [Tamburinius <sup>3</sup>].

« Denique addunt aliqui cum Toleti, si confessarius indoctus non potuit discernerere mortale et veniale, invalidam esse. Verum id Suarez, Laymann <sup>b)</sup> et alii passim rejiciunt, et quidem etiamsi confessarius putasset esse veniale quod fuit mortale, ideoque confessionem bona fide tali factam non esse opus repetere. Ita et Henriquez, Sanchez <sup>4</sup>, Diana <sup>5</sup>; contra Vasquez. — Dixi: *bona fide*; quia, si mala fide, v. gr. quia quaesivisti talēm confessarium qui tibi mederi non possit, debes repetere: cum enim actu peccaveris dum confitereris, non fuisti rite dispositus, ideoque nec absolutus. Tamburinius <sup>6</sup>. [Tunc igitur debet repeti confessio ob ignorantiam confessarii, quando poenitens jam novit eum insufficientem;

*Henriq.*, lib. 5, cap. 14, n. 5. — <sup>1</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 9, num. 5. — <sup>2</sup> Part. 4, tr. 4, resol. 198. Cfr. part. 3, tr. 4, resol. 109. — <sup>3</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 10, § 2, n. 52. — <sup>4</sup> Tolet., lib. 3, cap. 10, num. 4. — <sup>5</sup> Suar., disp. 22, sect. 6, n. 5. — <sup>6</sup> Henriq., lib. 5, cap. 14, n. 5. — <sup>7</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 69. — <sup>8</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 121. — <sup>9</sup> Vasq., qu. 93, art. 3, dub. 2, n. 2. — <sup>10</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 10, § 2, n. 51. — <sup>11</sup> Tr. 6, cap. 9, n. 28 et 29. — <sup>12</sup> Disp. 28, sect. 2, i. f. —

499. — a) Busenbaum non videtur satis diligenter citasse Silvestrum et Navarrum; loquuntur enim de casu quo id ex culpa poenitentis accidit: « Eadem tenetur confiteri, qui scienter confessus est mortale sacerdoti non intelligenti, vel quia confessio non fuit nuda propter obscuritatem verborum, vel quia dormiebat et hujusmodi». Ita Silvester, v. Confessio I, qu. 3, v. Tertio. — Navarrus pariter, *Man.*, cap. 9, n. 14, scribit: « Nihil valet confessio quae non est integra..., eo quod data opera et studiose confessus est lethalem culpam alicui sacerdoti a quo non bene intelligebatur..., vel quia confessarius dormitabat». — Indiligentius adhuc citatur S. Antoninus, qui, part. 3, tit. 17, cap. 15, loquens de mortali quod confessarius non intelligit « aut ex dormitione aut ex distractione mentis ad alia applicatae, vel simili causa», negat ex Joanne Neapol. « de illo peccato » esse confessionem, et per consequens negat de illo impendi absolutinem; sed subdit: « Et secundum hoc, tenetur dicere illi quod iteret confessionem. Si tamen non facit, confessus qui de hoc non perpendit, *absolutus est coram Deo*, nec tenetur ite-

vel quando clare videt confessarium non percipere gravitatem sui peccati <sup>c)</sup>. — Salmant. <sup>7</sup>, Suarez <sup>8</sup>; et Lugo <sup>9</sup> cum Gabriele, Henriquez, Medina <sup>d)</sup>, Silvio, Hurtado, etc.].

« Denique, si finita confessione intellegas confessarium aliqua non perceperisse, sive propter somnum sive distractio nem, nescias autem quae sint illa, teneris repetere confessionem, si brevis fuerit; quia de singulis prudenter potes dubitare. — Si autem longa fuerit, ait Tamburinius <sup>10</sup> non teneri, ob rationem contraria; et satis esse confiteri quod dubites an aliquod ex tuis peccatis confessor percepit». — [Sic etiam tenent Salmant. <sup>11</sup> cum Dicastillo et Leandro, qui dicunt Christum Dominum non praesumti posuisse praecceptum integratatis cum tanto onere, scilicet omnia peccata repetendi in tali casu. Et idem docet Lugo <sup>12</sup> cum Sanchez <sup>e)</sup>, etc. communiter].

500. — Recte notant Salmant. <sup>13</sup> cum Lugo et Palao, quod confessarius non tenetur de singulis peccatis certum for-

<sup>8</sup> Disp. 16, num. 602. — *Gabr. Biel*, in 4, dist. 17, qu. 1, art. 3, dub. 2, cas. 2. — <sup>9</sup> *Henriq.*, loc. cit., n. 5. — <sup>10</sup> *Silvius*, Suppli, qu. 8, art. 5. — <sup>11</sup> *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 15, v. f. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 58. — <sup>13</sup> Tr. 6, cap. 9, n. 24. — *Dicast.*, disp. 8, dub. 4, num. 99 et 100. — *Leand.*, disp. 5, qu. 86. — <sup>14</sup> Disp. 16, n. 607 et seqq. — <sup>15</sup> Loc. cit., cap. 12, n. 4. — *Lugo*, disp. 21, n. 70 et 71. — *Palaus*, (a Salmant. non cit.) tr. 23, punct. 16, n. 3 et 6.

rare, quousque nescit illum non perceperisse seu intellexisse peccata sua».

b) Laymann, loc. cit., n. 5, dicit tantum: « Si confessarius ob surditatem, animi distractionem, etc., peccata mortalia non intellexit..., si poenitens bona fide sua peccata aperuit, et culpa in solo confessario resedit, arbitror datam absolutionem validam et fructuosam esse».

c) Clarius loquuntur Salmant. et Suarez: dicunt enim poenitentem teneri ad repetendum in solis duobus casibus: « Primo, quando novit illum [confessarium] esse ita imperitum (sunt verba Salmanticensium), ut suam conscientiam dijudicare non sufficeret, et nihilominus illi confessus est. Secundo, quando in ipsa confessione intellexit sufficienter confessarius non percipere gravitatem delicti, et nihilominus simpliciter et sine ampliori instructione confessus est».

d) Joan. de Medina, tr. 2, de Confess., qu. 21, aliam scientiam in confessore non requirit ad validitatem, nisi eam «qua scilicet sciati qua forma uti debeat, ut vere absolvat».

e) Sanchez, loc. cit., n. 72, casum similem habet, quem Lugo ad sua doctrinae con-

mare judicium, sed tantum de obviis et claris. Et idem ajunt Tamburinius cum Silvestro; et Holzmann <sup>1</sup> cum Sporer et communi. — Deinde dicunt Salmant. <sup>2</sup> cum Suarez, Lugo, etc., quod si poenitens confiteatur peccatum quod nec ipse nec confessarius neverit esse mortale, si postea neverit certo fuisse mortale, non tenetur iterum confiteri. Vide dicta n. 478, *in fine*.

Eodem loco docent Salmant. cum Soto, Suarez, Coninck, Lugo, Palao, Bonacina, etc., non esse similiter iterandam confessionem factam bona fide confessario neScienti discernere species et numerum, neque inter mortale et veniale, etiam in casibus obviis <sup>f)</sup>. Ratio, quia, etsi debita poenitentia non imponatur, absolutio utique valida est, dum ex utraque parte concurrunt jam requisita ad valorem sacramenti. Sic enim censendum est Christum Dominum hoc sacramentum institutissimum, cum tales defectus passim continentur. — Hoc tamen dico intelligendum: nisi constet numerum vel species explicatas non fuisse. Alias, integritas confessionis certo supplenda est; ut recte advertunt cum communi Lugo <sup>g</sup>, Elbel <sup>4</sup>; et iidem Salmant. <sup>5</sup> cum Gabriele et Dicastillo. Quia, licet prior confessio fuerit valida, confessio tamen praesens facienda est cum debita integritate.

501. — « Secundo. Invalida est ex parte poenitentis: si fuit excommunicatus (de quo infra); si mortale tacuit vel de eo

<sup>1</sup> Tambur., de Sacram., lib. 5, cap. 6, n. 4 et seqq., et n. 12. — <sup>2</sup> *Silvest.*, (non citat. a Tamb.) v. *Confessor III*, n. 2, v. *Quantum vero*, et qu. 9. — <sup>3</sup> *De Poenit.*, n. 726 et 727. — <sup>4</sup> *Spor.*, part. 3, cap. 6, n. 783. — <sup>5</sup> Tr. 6, cap. 9, num. 27. — <sup>6</sup> *Suar.*, disp. 28, sect. 2, num. 12 et 17. — <sup>7</sup> *Lugo*, (a Salmant. non citat.) disp. 16, n. 98. — <sup>8</sup> *Salmant.*, tr. 6, cap. 9, num. 26. — <sup>9</sup> *Petr. Sot.*, de Confess., lect. 6, v. *De scientia*. — <sup>10</sup> *Suar.*, disp. 22, sect. 6, n. 5; et disp. 28, sect. 2, num. 12. — <sup>11</sup> *Coninck*, disp. 6, num. 18. — <sup>12</sup> *Lugo*, disp. 16, a n. 603. — <sup>13</sup> *Palaus*, tr. 23, punct. 12, num. 3, v. *Quinto*. —

firmationem adhibet; illum nempe poenitentem teneri ad repetendum, qui certo confessus est, sed dubitat an confessio fuerit valida.

f) Ampliatio ista de casibus obviis explicite habetur dumtaxat apud Salmant., Sotum et Lugo.

502. — a) Laymann et Diana, loc. cit., dicunt: Dummodo confuse recordetur statum poenitentis, ut convenientem illi poenitentiam imponere possit.

b) Jacobus de Granado, de Poenit., tr. 9,

Confessio  
bona fide  
facta con-  
fessario i-  
gnoranti,  
non iteran-  
da.

Judicium  
necessario  
formandum  
de obviis  
tantum et  
claris.

Nisi nu-  
merus et  
species non  
sint expli-  
cata.

Confessio  
invalida ex  
parte poen-  
itentis.

« se falso accusavit; si mortaliter negli-  
gens fuit in examinanda conscientia.

« Item, si non fuit attritus (quod patere solet inde si sponte quaesierit confessarius surdum, indoctum, caecum, etc.: vide Sanchez <sup>6</sup>; si nolit tollere occasio- nes, etc.: vide Diana <sup>7</sup>). — Quibus addi- « potest ut plurimum, si peccatum car- « nale confessus sit suo complici». [Hoc

hodie certum est ex bulla Benedicti XIV, sub poena excommunicationis in absolu- ventem Papae reservatae. Vide decretum Benedicti XIV; et vide dicenda ex n. 553].

Confessio  
quomo do  
teranda a-  
pud eum-  
dem confes-  
sarium.

502. — « Resp. II<sup>o</sup>. Si confessio apud eumdem confessarium iteretur, sufficit uno verbo in communi se accusare de peccatis ante illi cognitis: dummodo etsi eorum recordetur saltem in confuso, aut status ac vitae hominis in communi, aut poenitentiae a se impositae <sup>a)</sup>, ut docent Vasquez, Toletus, Laymann, Sà, Diana <sup>8</sup>. — Imo si nihil horum, sed tantum quod sibi confessus fuerit recordetur, valide, etsi illicite, absoluturum pugnat Laymann et Diana <sup>9</sup>. Idem absolute docet Granado <sup>b)</sup> et Mercerus <sup>b)</sup>: cum quibus Diana <sup>b)</sup>, se retractans, probabile censet quod etiam liceat possit absolvere ».

Quaeritur: *an sit repetenda confessio, si sacerdos oblitus fuerit peccata audita, antequam absolutionem impetravit?*

Commune est apud DD, non esse re- petendam confessionem factam eidem con-

Bonac., qu. 7, punct. 4, § 2, n. 18. — <sup>1</sup> Disp. 22, n. 77. — <sup>2</sup> Confer. 10, de Confess. invalida repetend., n. 254. — <sup>3</sup> Tr. 6, cap. 12, num. 49. — <sup>4</sup> Gabr. a S. Vinc., de Poenit., disp. 9, qu. 8, i. f. — <sup>5</sup> Dicast., disp. 10, dub. 27, num. 529. — <sup>6</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 69. — <sup>7</sup> Part. 4, tr. 4, resol. 201. — <sup>8</sup> Bened. XIV, bulla *Sacramentum Poenitentiae*, de die 1 Junii 1741, § 4 et 5. — <sup>9</sup> Vasq., qu. 92, art. 3, dub. 3. — <sup>10</sup> Tolet., lib. 3, cap. 10, num. 6, i. f. — <sup>11</sup> Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 9, n. 6. — <sup>12</sup> Sà, v. *Confessio*, n. 8. — <sup>13</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 123. — <sup>14</sup> Laym., loc. cit., n. 6. — <sup>15</sup> Loc. cit.

disp. 12, n. 5, satis esit, si poenitens in generali se accuset de peccatis quae in confessione invalida jam confessus est, quamvis confessarius neque illorum neque poenitentiae recordetur. Ex cuius rationibus Diana, part. 5, tr. 14, resol. 51, probabilem esse putat opinionem quae docet liceat etiam eo casu absolviri. — Mercerus a Diana non allegatur; sed in Suppl., qu. 9, art. 1, v. *Ex parte confessoris*, scribit: « Liceat faceret mutuum sacramentum, esset validum ».

Quomodo  
iteranda, si  
confessari  
us oblitus  
sit peccata.

fessario, quando illa fuit prolixa aut absolutio fuit dilata, et confessarius recordatur saltem in confuso status poenitentis. — Ita Navarrus<sup>c)</sup>, Silvester<sup>c)</sup>, etc., quos citat et sequitur Suarez<sup>c)</sup>, Laymann<sup>c)</sup>, Coninck<sup>c)</sup>, Bonacina<sup>1</sup>, Croix<sup>2</sup> cum communi.

Dubium 1<sup>um</sup> est: *An repetenda sit confessio apud eumdem confessarium, quando confessio fuit invalida?*

Prima sententia probabilis, quam tenent Suarez<sup>c)</sup> et Coninck<sup>c)</sup>, distinguit, et dicit quod si confessio fuit nulla defectu alicujus partis essentialis in sacramento, nempe quia defuit dolor aut integritas in poenitente, aut jurisdiction in confessario, tunc tota repetenda est. Ratio, quia eo casu confessio non fuit sacramentalis. Et huic sententiae consentiunt in parte Paludanus, Adrianus, Moya et Illsung, apud Croix<sup>3</sup>, scilicet casu quo confessio fuit irrita defectu jurisdictionis in confessario; quia tunc fuit facta non judici.

Secus vero, si confessio fuit invalida ex parte confessarii ratione tantum sui muneric; nempe quia ipse non bene prouintiaverit formam vel non habuerit intentionem absolvendi. Et hoc est commune apud omnes (ut ait Croix<sup>c)</sup>), modo confessarius reminiscatur status poenitentis.

Secunda vero sententia, communior et non minus probabilis, quam tenent Navarrus<sup>c)</sup>, Lugo<sup>c)</sup>, Tamburinius<sup>c)</sup>, Diana<sup>10</sup> cum communi; Laymann<sup>c)</sup> cum Sà, S. Antonino, Silvestro, Medina, Vasquez; item Bonacina, Valentia, Aversa et alii, apud Croix<sup>c)</sup>, — dicit quod undecumque defectus evenerit: sive ex parte confessarii, quia defuit jurisdiction; sive ex parte

<sup>1</sup> De Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 3, n. 16. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1216, i. f. — <sup>3</sup> Disp. 22, sect. 6, n. 8. — <sup>4</sup> Disp. 7, num. 109. — <sup>5</sup> Palud., in 4, dist. 17, qu. 5, art. 3, (n. 21). — <sup>6</sup> Adrian., in 4, de Confess., qu. 4, § Si petas, v. Notat autem. — <sup>7</sup> Moya, tr. 3, disp. 4, qu. 1, n. 10. — <sup>8</sup> Ills., tr. 6, disp. 6, n. 158. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1216. — <sup>10</sup> Loc. cit. — <sup>11</sup> Man., cap. 9, num. 19. — <sup>12</sup> Disp. 16, num. 638. — <sup>13</sup> Method. Confess., lib. 3, cap. 2, n. 9. — <sup>14</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 123. — <sup>15</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 9, num. 6. — <sup>16</sup> Sà, v. Confessio, num. 8. —

<sup>c)</sup> Navarrus, *Man.*, cap. 9, n. 19; Silvester, v. Confessio I, qu. 3, v. Primo; Laymann, lib. 5, tr. 6, cap. 9, n. 6, loquantur de casu quo confessio fuit nulla et sacrilega; quamvis Silvester et Laymann loquantur etiam de

poenitentis, quia defuit dispositio aut integritas, non est opus repeter confessio; sed sufficit si confessarius recordetur status poenitentis vel resumat notitiam ejus in confuso, et poenitens in communione accuset de omnibus prius confessis. — Ratio, quia, licet prima confessio non fuerit sacramentalis, utpote sacrilega vel facta non judici; tamen ratificatio illius, dum poenitens deinde in generali se accuset de culpis confessis, conjuncta cum notitia antecedenter habita a confessario, bene sufficiens reputatur. Item, quia (ut probabiliter censem Croix<sup>18</sup>) talis confessio, cum facta fuerit in ordine ad absolutionem recipiendam, sufficienter dicitur etiam sacramentalis, quatenus ipsa etiam sigillum sacramentale obstringit.

Non autem placet sententia Lugonis<sup>14</sup>, quem sequitur Aversa apud Croix<sup>15</sup>, nempe quod si poenitens ex mera narratione dixerit confessario peccata sua, et postea de illis in communione accuset, tunc pariter sufficiet quod confessarius de ipsis in confuso recordetur. — Sed verius dicendum cum Croix<sup>16</sup> tunc omnino repetendam esse confessionem. Ratio, quia nulla confessio tunc adfuit sacramentalis, nec prima nec secunda. Non prima, quia peccata non fuerunt manifestata in ordine ad absolutionem, ita ut de illis confessarius non teneretur ad sigillum sacramentale: non secunda, quia peccata non sunt sigillatim confessa, ut requiritur in Tridentino, ubi dicitur quod in confessione sacramentali debent explicari omnia et singula peccata<sup>d)</sup>.

Dubitatur 2<sup>o</sup>. *Quid, si confessarius ne confuse quidem recordetur status poeni-*

S. Anton., part. 3, tit. 14, cap. 19, § 4. — Silvest., v. Confessio I, qu. 3, v. Primo. — Joan. Medina, tr. 2, de Confess., qu. 24, dub. 2. — Vasq., qu. 92, art. 3, dub. 3. — Bonac., qu. 5, sect. 2, punct. 3, num. 15. — Valent., in 3<sup>am</sup> Part., disp. 7, qu. 11, punct. 3, v. Alterum est. — Aversa, qu. 10, sect. 20, v. Alii ergo communiter. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1216. — <sup>13</sup> Loc. cit. — <sup>14</sup> Disp. 16, num. 638. — <sup>15</sup> Aversa, loc. cit., v. Atque ita quidem. — <sup>16</sup> Loc. cit., num. 1217. — <sup>17</sup> Loc. cit. — Trident., sess. 14, de Poenit., cap. 5.

casu quo absolutio dilata fuit. — De Suarez et Coninck, vide apud ipsum S. Alphonsum dub. 1, quaenam sit eorum sententia.

<sup>d)</sup> S. Alphonsus, in *Hom. apost.*, tr. 16, n. 44, addit: « Tantum hoc [sententia card. de

Sufficit,  
si confessari  
us recordetur  
tantum poenitentiae  
in confuso.

Nisi poenitens ex  
mera narratio  
ne peccata  
dixerit.

Defectus  
ex parte  
confessarii  
raro obest.

Item suf-  
ficiit, si con-  
fessarius re-  
cordetur  
tantum poe-  
nitentiae.

Si re-  
cordetur  
tantum im-  
posuisse poe-  
nitentiam, non  
sufficit.

Si non  
imposuit et  
non re-  
cordatur sta-  
tum poe-  
nitentis, illici-  
te sed vali-  
de absolvit.

CAP. I. — DE ESSENTIA HUJUS SACRAMENTI. — DUB. III. — ART. IV.  
tentis, sed tantum poenitentiae injunctae?

Hoc sufficere ad absolvendum dicunt Navarrus<sup>1</sup>, et Busenbaum (ut supra) cum Vasquez, Toletto, Laymann<sup>c)</sup>, Sà<sup>c)</sup>, etc. — Et ratio videtur esse: quia ex ipsa notitia poenitentiae poterit confessarius efformare judicium de statu poenitentis.

Dubitatur 3<sup>o</sup>. *Quid, si confessarius nec meminerit status poenitentis nec poenitentiae injunctae, sed tantum quod poenitentium imposuerit?*

Adhuc hoc casu dicunt Suarez et S. Antoninus, Silvester, Paludanus, apud Croix<sup>2</sup>, sufficere si memoretur imposuisse poenitentiam. — Sed huic non acquiesco; quia sacerdos, dum sententiam profert, debet efformare judicium saltem de statu conscientiae poenitentis.

Casu vero quo confessarius non imposuerit poenitentiam, nec haberet nunc notitiam saltem confusam status poenitentis, non poterit quidem licite absolutionem impetrare; ut recte dicunt Lugo<sup>c)</sup>, Croix<sup>c)</sup> et Laymann<sup>c)</sup> cum aliis supra citatis: quia tunc non posset convenientem imponere poenitentiam.

Si tamen tunc absolveret, facta confessione in communione, valide absolveret; ut Laymann<sup>c)</sup>; et Croix<sup>c)</sup> cum Aversa, Illsung et Diana.

503. — *« Resp. III<sup>o</sup>. Raro obest defectus ex parte confessarii, si poenitens eum inculpabiliter ignorat; quia in confessione sequenti absolvetur etiam ab iis a quibus se bona fide absolutum putabat.*

<sup>1</sup> Man., cap. 9, n. 19. — Vasq., qu. 92, art. 3, dub. 3. — Tolet., lib. 3, cap. 10, n. 6. — Suar., disp. 22, sect. 6, n. 8. — S. Anton., part. 3, tit. 14, cap. 19, § 4. — Silvest., v. Confessio I, qu. 3, v. Primo. — Palud., dist. 17, qu. 5, art. 3. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1216. — <sup>3</sup> Disp. 16, n. 641 et 642. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 1218. — <sup>5</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 9, n. 4. — <sup>6</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 108. — Vasq., qu. 92, art. 3, dub. 1, n. 9. — Joan. Sancius, Select. disp. 41, n. 19.

« Unde resolves:

« Is qui a puerō peccatum aliquod grave, v. gr. molitium, inculpabiliter omisit, vel quia putavit leve esse vel nullum, non ideo tenetur repeter alia peccata (vel confessiones intermedias), sed hoc tantum; ut docent Bonacina, Sanchez<sup>c)</sup>, Vasquez<sup>c)</sup>, Sancius<sup>c)</sup>, Lay-

mann<sup>c)</sup>; — addens, si simplex rusticus, qui tota vita tantum fecit confessiones generales, nihil confitens in specie, nec aliter instructus sit, etsi valide is sit absolutus, cum onere, ut cum melius cognoverit, omnia subjiciat clavibus; si tamen veniat, quando ingens est copia poenitentium, ut tunc disponi non possit ad omnia repetenda, posse eum absolviri, auditis tamen peccatis ab ultima confessione factis, cum obligatione ut melius faciat. Ita Laymann<sup>c)</sup>. Vide Dia- na<sup>10</sup>: — ubi addit ex Navarro<sup>b)</sup>, Silvestro<sup>b)</sup>, Beja<sup>b)</sup>, Vasquez, Reginaldo<sup>b)</sup> et Joanne Sancio, quod, etsi ex errore culpabilis mortaliter peccatum tale, v. gr. mollitiei (vel numerum aliamve circumstantiam necessarium) omiseris, non ideo teneris repeter confessiones intermedias bona fide et legitime factas (in quibus ex naturali oblivione defectum illum non fueris confessus); cum validae fuerint et maneant validae».

Opinio supra enunciata apud Busenbaum, nempe quod possit dimidiari confessio ob copiam poenitentium (quamvis Laymann<sup>c)</sup> hanc non absolute teneat) est proscripta ab Innocentio XI in prop. 59,

cit. — <sup>1</sup> Lib. 6, part. 2, num. 1218. — Aversa, qu. 10, sect. 20, v. Si ergo. — Ills., tr. 6, disp. 6, n. 152, v. Si autem confessarius. — Diana, part. 3, tr. 4, resol. 123. — Bonac., qu. 5, sect. 2, punct. 8, n. 6. — <sup>2</sup> Loc. cit., cap. 9, n. 4. — <sup>3</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 9, n. 4. — <sup>4</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 108. — Vasq., qu. 92, art. 3, dub. 1, n. 9. — Joan. Sancius, Select. disp. 41, n. 19.

Lugo] posset admitti si confessarius, dum poenitens se accusat de peccatis narratis, distinctum eorum haberet notitiam».

<sup>c)</sup> Laymann et Sà non satis diligenter citantur a Busenbaum; non enim loquuntur de praesenti casu.

503. — <sup>a)</sup> Sanchez, *Decal.*, lib. 1, cap. 16, n. 33, v. f.: « Reperiri multos, inquit, invincibiliter ignorantes... pollutionem esse peccatum. Quod maxime in pueris contingit». — Vasquez, qu. 92, art. 3, dub. 1, n. 7 et 8, scribit: « Poenitens ex ignorantia excusari

poterit a confessione alicujus peccati, quod tamen ipse commisit ex ignorantia culpabilis; idque accidere si homo eo tempore judicet non fuisse peccatum prudenti ratione». — Ubinam vero Joannes Sancius hoc argumentum tractet reperiisse nequivi.

<sup>b)</sup> Quidquid dicat Busenbaum, Navarrus, Silvester, Beja et Reginaldus non citantur a Diana pro hoc asserto.

<sup>c)</sup> Laymann, n. 4, sic ait: « Interdum..., si magna appareat hominis ruditas..., praesertim si aliorum poenitentium copia adsit».

quae dicebat: *Licet sacramentaliter absolvere dimidiate tantum confessos, ratione magni concursus poenitentium, quales v. gr. potest contingere in die magnae alicujus festivitatis aut indulgentiae.*

504. - Quod autem ad confessionem rusticorum pertinet:

Dicit 1º. Tamburinius<sup>1</sup> cum Hurtado<sup>a)</sup>, quod rustici et pueri qui bona fide confessi sunt, omittendo explicare species et numerum suorum peccatorum, non sunt cogendi ad confessiones repetendas.

Sed hoc omnino est improbabile. Quia, — licet hujusmodi rustici non teneantur repeterre integre confessiones praeteritas, cum illae satis fuerint validae, ut dicunt communiter et merito Palau<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>b)</sup> cum Suarez, Silvio, Soto, Lugo, Coninck, Adriano, Bonacina, Gabriele, Dicastro, Praeposito, Hurtado, Filiuccio, Villalobos, etc. (quidquid dicant Vasquez, Turrianus, etc. ibid.), quia ad tales confessiones jam adfuerunt omnia essentia- liter requisita; formalis enim confessio est de essentia, non materialis; — tenentur tamen explicare species et numerum omissum, ut saltem confessionem praesentem integrum faciant. Ita Lugo<sup>3</sup>, Bonacina<sup>4</sup>; et Salmant.<sup>5</sup> cum Silvestro<sup>c)</sup>, Navarro<sup>c)</sup>, Vasquez<sup>c)</sup>, Reginaldo, et alii passim.

Dicit 2º. Pater Segneri<sup>d</sup>, citans Perez et Lugonem (sed hunc non bene, ut infra videbimus), quod si rusticus in confessionibus praeteritis dixerit peccata sua modo rudium in confuso, non debet confessarius eum obligare ut confessiones repeatat; quia peccata illa jam fuerunt directe absoluta. — Sed neque hoc placet. Nam, quamvis confessiones illae fuerint validae ob integratatem formalem, et peccata directe absoluta fuerint; tamen ipsae fue-

runt deficientes quoad integratatem materiale, quae semper supplenda est. Et Lugo<sup>7</sup> dicit huic difficultati difficulter responderi posse. Tantum ibi ait quod ob solam probabilitatem extrinsecam posset quis opinionem contrariam sequi, utendo sententia illorum auctorum qui dicunt non esse obligationem iterum explicandi peccatum prius confessum ut dubium, si postea noscatur ut certum. — Sed hanc opinionem jam reprobavimus cum communi, n. 478.

Dicunt 3º. Salmant.<sup>8</sup> cum Henriquez, Fagundez, Diana et Dicastro, quod rusticci qui sine culpa omiserint explicare numerum peccatorum, non tenentur repeterre confessiones, casu quo uniformem rationem vivendi tenuerint in praeteritis annis, ita ut ex confessione unius anni confessarius possit alias conjicere. — Hoc ita generice assertum neque satisficit. Nam id tantum censeo posse admitti, quando in principio confessionis poenitens patet fecerit confessario praesenti, quod in annis praeteritis semper confessus sit male, numerum omittendo, et confessarius ab initio, confessionem excipiendo illius anni, efformet simul judicium de annis praeteritis.

Secus vero dicendum, si confessarius post confessionem exceptam illius anni advertat poenitentem omisso numerum explicare in superioribus annis. — Tunc enim, si ex confessione praesenti habeat distinctam notitiam peccatorum, poterit quidem (quin repetantur priores confessiones) formare simul distinctum judicium de annis praeteritis. — Sed si ex confessione praesenti habeat tantum confusam notitiam de culpis confessis, ut saepius accidit in confessionibus longioribus et implicatis; eo casu (ut bene ait Lugo<sup>9</sup>)

*Quid, si uniformem vitae rationem tenuerint.*

*Confessio non repe- tenda, nisi moraliter certo sit in- valida.*

tenetur sumere distinctam notitiam specierum et numeri omissi in confessionibus praeteritis, nec sufficit tunc ad absolvendum notitia illa confusa status poenitentis de annis praeteritis, cum ex una parte, teneatur poenitens aliquando peccata sua confiteri sigillatim, quod nunquam fecit; et ex altera, tenetur confessarius aliquando distinctum efformare judicium de peccatis.

505. - Caeterum, hic sedulo advertendum non esse cogendos poenitentes ad repetendas confessiones, nisi moraliter certo constet eas fuisse invalidas; ut recte dicunt Croix<sup>1</sup>, Gobat<sup>2</sup>, Holzmann<sup>3</sup>, Mazzotta<sup>4</sup>; et Elbel<sup>5</sup> cum Filiuccio et communi (contra Antoine<sup>6</sup>, qui inter rigidos auctores nostri temporis non infimum habet locum). Ratio, quia possessio stat pro valore confessionum praeteritarum, quamdiu de earum nullitate non constat.

Dices: Quando extat praeceptum et dubitatur de ipsis impletione, possidet obligatio praecepti; ergo in dubio de valore confessionum praeteritarum, possidet obligatio eas repetendi. — Sed respondet quod regula praeferata tum currit, cum adest praeceptum, et dubitatur an actus impletionis fuerit positus vel ne; cum vero talis actus jam bona fide fuerit positus, et postea dubitatur an fuerit validus vel invalidus, tunc ille ut validus

reputandus: tunc enim currit aliud principium, nempe quod in dubio standum est pro valore actus; ut communiter tradunt doctores cum Laymann<sup>7</sup> ex Glossa<sup>8</sup>, Croix<sup>9</sup>, Sporer<sup>10</sup>, Mazzotta<sup>11</sup> (qui asserit commune), et Navarro<sup>12</sup>, ubi dicit: *Praesumptio pro actus valore praeponderat alius<sup>a)</sup>.*

Et quoad obligationem repetendi confessiones recidivorum, de quarum valore saepe dubitari potest, hanc regulam optimè tradit Habert<sup>13</sup>, sic dicens: (Si) poenitens aliquamdiu post confessionem dignos poenitentiae fructus fecerit, hoc est strenue adversus tentationes et peccandi occasiones pugnaverit, (confessarius judicabit validam fuisse confessionem. Secus, si) paulo post confessionem, seu data prima occasione, lapsus fuerit. — Tunc enim (ego addo) revera moraliter certum est confessiones fuisse nullas; nam ille qui in confessione vere dolet et proponit emendationem, saltem per aliquod tempus a peccato se abstinet, saltem aliquem conatum adhibet ante relapsum; unde, qui post suas confessiones ut plurimum cito et sine aliqua resistantia iterum cecidit, certe censendus est nullum vel nimis tenuem habuisse dolorem vel propositum. — Aliter vero dicendum, si per aliquod tempus perseveraverit, vel ante casum aliquam saltem resistantiam praestiterit.

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1221. — <sup>2</sup> Tr. 7, n. 275. — <sup>3</sup> De Poenit., num. 688, i. f. — <sup>4</sup> Tr. 6, disp. 1, qu. 4, cap. 5, v. *At si poenitens.* — <sup>5</sup> De Poenit., n. 278. — <sup>6</sup> *Fili.*, tr. 7, disp. 1, qu. 3, cap. 5, v. *Dico primo.* — <sup>7</sup> Man., cap. 27, n. 287. — <sup>8</sup> De Poenit., cap. 11, § 3, qu. 2, v. *Ac quidem.*

casu disputant. Navarrus tamen, *Consil.*, lib. 5, de poenit. et remission., consil. 12, casum praesentem habet.

505. - <sup>a)</sup> Circa doctrinam quam revera tenet S. Alphonsus in praesenti, cfr. notam k, ad lib. 2, n. 2.

<sup>1</sup> Method. Confess., lib. 2, cap. 1, n. 29. — <sup>2</sup> Tr. 23, punct. 12, n. 3, v. *Quarto.* — <sup>3</sup> Disp. 22, n. 77. — <sup>4</sup> Qu. 5, sect. 2, punct. 3, n. 6. — <sup>5</sup> Tr. 6, cap. 9, n. 13; et cap. 12, n. 49. — <sup>6</sup> *Regin.*, lib. 6, n. 153. — <sup>7</sup> Il Confessore istruito, cap. 2. — <sup>8</sup> Anton. Perez, de Poenit., disp. 5, nnm. 104. —

<sup>7</sup> Disp. 16, n. 585. — <sup>8</sup> Tr. 6, cap. 9, n. 13. — *Henrig.*, lib. 5, cap. 3, num. 10. — *Fagund.*, de 2º prae. Eccl., lib. 3, cap. 2, num. 5; et cap. 4, num. 10. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 89, v. f. — *Dicast.*, disp. 9, dub. 2, n. 57. — <sup>9</sup> Disp. 16, num. 640.

504. - <sup>a)</sup> Gaspar Hurtadus non citatur hic a Tamburino, sed alio loco et pro alio casu.

<sup>b)</sup> Salmant., tr. 6, cap. 9, n. 13, hunc casum utique habent; sed n. 25 et 26, ubi auctores relatios citant, disputant, sicut pariter auctores ab ipsis allegati, de casu quo confessarius

nescit discernere circa materiam confessionis inter mortale et veniale, inter species peccatorum et inter eorum unitatem et pluralitatem in casibus frequenter occurrentibus.

<sup>c)</sup> Silvester, Navarrus et Vasquez non sat accurate citantur a Salmant.; de alio enim